II n 1458

...lia verba emittunt a ptibus ſcientibus ſuper ... s pñt ſibi ꝑiudicare nõ admittit ꝓbatio in ꝯ ... cuius p errorẽ.ff.de reg.iur.ꝛ allegat Cy.hic ... ãs in fi.q.C.de ꝓba.cũ ergo in caſu nr̃o in ta ... orũ ſibi traditorũ Joães poſſet ſibi ꝑiudicare ... ſtm adeo cenſet ꝓbare ꝙ nõ deberet admitti ꝓbatio in con ... rariũ ꝛc. ¶ Tertia cõcluſio ꝙ ex eo ꝙ probat dictũ dñm bar ... olomeũ ante ſocietatẽ cõtractã conceſſiſſe oĩa lucra ſuorũ of ... ciorũ ꝛ etiã poſt pñt ꝓbari aliqua cõicata ꝓbatur ſufficienter ... ia lucra officiorũ fuiſſe p dictũ dñm Bartholomeũ cõicata ex ... ſuetudine cõicandi ꝛ ex ſolita ꝛ cõſueta traditione bonorum ... icti dñi Bartholomei facta dicto Joãni.ita in terminis con ... luit Bal.in quodam ſuo cõſi.ꝙ incipit in xp̃i noĩe amẽ.factũ ... le pponit duo fratres ꝛc. Allegat in ar.l.pcula.ff.de ꝓba.cor ... oboratur hoc ex eo:qꝛ dictus dñs Bartholomeus etiam paſ ... s eſt erigi dotes ꝓprias a dicto Joãne. Et ſic ꝓbatur cõſuetu ... o cõicãdi ꝛ maxime ex eo ꝙ Joãnes fuit ſemper generalis ad ... miniſtrator. Et omnia bona.ꝛ lucra adminiſtrauit p hoc opti ... e facit ꝙ cõſuluit Bal.in ſuo conſilio incipiente duo fratres ... nus maior natu vbi ponit qõnem:ꝙ maior natu cõia recipie ... at ꝛ diſtribuebat maior natu accipit vxorem ꝛ ſe obligauit ad ... eſtitutionẽ dotis.cõcludit ꝙ dotis reſtitutio fieri dꝫ de cõi pa ... rimonio duplici ratione. ¶ Prima ſic qꝛ ſicut ceteri redditus ... peruenerunt ad manus maioris.ita ꝛ illa dos perueniſſe cenſe ... tur arguendo a cõſuetudine patriſfami.arg.l.vel vniuerſorũ. ... ff.de pig.act.ꝛ.l.cum delanionis.§.aſinã.ff.de fun.inſtruc.ꝛ.l. ... rediis.§.balneas.ꝛ.§.titio.ꝛ.§.qui ad domum eo.ti. ¶ Secũ ... a ratio eſt qꝛ preſumitur dotem ſicut alia in cõi immiſſam eẽ ... .l.procula.ff.de ꝓba.ideo de cõi patrimonio dꝫ retrahi.l.ſi fi ... ia.§.neratiꝰ.ff.fa.her.l.cũ actione.§.ſi vnus.ff.p ſocio.cũ ſi.ſi er ... o ex eo ꝙ redditus bonorũ cõium ꝛ bona oĩa cõia adminiſtrã ... tur ꝛ gubernantur per vnum ex fratribus preſumit ꝙ dos vxo ... is alterius fratris q̃ eſt ꝓpria ipſius fratris peruenerit ad eiꝰ ... manus:q̃ eſt alterius ſpẽi.ꝙtomagis preſumi dꝫ in caſu nr̃o cũ ... o. Bartholomeus cõicauerit dotes ꝛ oĩa cõia fuerunt admi ... iſtrata p ipm Joannẽ ꝛ etiã lucra p magna pte ꝓbant cõica ... a preſumi dꝫ facta cõicatio aliorũ p eo tpe pro quo.nec per in ... ramẽtũ nec p teſtes ꝓbatur cõicatio.ar.auc.mulier ...

¶ Quarto qꝛ vt in pũcto ꝓſupponit Joães negat ad man ... ſuas pueniſſe q̃ p aliã viã ꝓbari pñt.ꝛ ſic deprehendit in ma ... feſto mendacio non ſolũ in fine ſed etiã a principio ꝛ in medi ... qꝛ vt.s.dixi exitus acta ꝓbat.ꝛ per dñs eſt in dolo ſaltem pſu ... pto.l.elegãter.in fi.ff.de dolo ergo ſtãte difficultate ꝓbatiõis ... dolo ſaltem pſumpto dꝫ deferri iuramentũ in litem vt voluit ... la gl.ordinaria in.l.in actionibus.ff.de in litẽ iurando. ¶ Qui ... to ꝛ vltimo hec cõcluſio ꝓbatur.nã ſi iſte Joães ꝓbatur:ꝙ ... reddituũ rõnis negat aliqua que alia via ꝓbatur ad eius man ... perueniſſe ꝛ ſic aliqua occultauit vel omiſſit ſcribere:dicit pdo ... caſus eſt in.l.põponius.§.ex facto.quẽ ibi ad hoc notãt Ang ... imo.ꝛ Moder.ff.de acquir.poſ.ꝛ tꝫ per illum tex. Ludo.ro. i ...

10 eadẽ.l.§.ſed legatario.ꝛ hinc dicit etiã ꝙ officialis ſeu ꝓcura ... tor cõis qui nõ pfecte poſuit in libris cõis oẽ id ꝙ occaſione ... publice acceperat ſꝫ aliqd penes ſe retinuit cõdẽnat in quadr ... plum vt eſt tex.in.l.excellẽtia.C.de erroga.mili.anno.li.xij.ꝛ ... cit bal.vbi exigit.§.dolo.ff.de eden.ꝙ ſi penitus nõ ſcribit pu ... tur pena manus p tex.in auc.de mãda.prin.§.reges.ſi ergo ... pdo.ergo cõtra eũ preſtat iuramentũ in litẽ veritatis.vt eſt ... ſus in.l.ſi qñ.C.vñ vi.ꝛ in.c.fi.extra ꝙ metus cã ꝛ vtrobiꝗ no ... doctores ꝛ traditur in.l.in actionibus.ff.de in lit.iur. ¶ Qui ... ta ꝛ vltima concluſio eſt:ꝙ doces prefati dñi Bartholomei ... quo probantur poſite in domo pro cõi vtilitate debent in p ... mis extrahi de bonis cõibus tanꝗ es alienum.vt not.Spec. ... ti.de iudiciis in quarta pte.in.§.ſequitur.ver.Quid ſi in cõio ... ponunt bal.ꝛ alij in.l.ſi patruus.C.cõia vtriuſqꝫ iudicij.ꝛ co ... ſuluit ang.in ſuo conſilio.ꝙ incipit in nomine ieſu xp̃i ꝛc. Vi ... dicto puncto ac etiam ſtatuto ꝛc.cui cõſilio ſubſcripſerũt ſe d ... ctores ſolẽnis dñs Onofrius ꝛ do.Marcꝰ de peruſio.ꝛ hec qu ... ad p̃m locum queſita. ¶ Circa aliã dubitationem concluden ... eſt filias prefati dñi Bartholomei dotare debere de bonis c ... bus:vel ſaltẽ dictũ Joannẽ debere iputare in partem ſuam ... tem traditam filie ſue.hoc manifeſte oſtẽditur:vnde iſta eſt m ... gis cõis concluſio ꝙ ſocius etiam oĩum bonorũ obligatus ... dotare de ꝓprio. Et tenet de ſua pte dotare vt concludit ſpe ... lator in ti.de iudiciis.§.ſequit.ver.qd ſi vnus.ꝛ tꝫ ... patruus.C.cõia vtriuſ.iudi.ꝛ Bal.in auc.ex teſtõ. ... de colla.ꝛ De.de peruſio in conſilio ꝙ incipit ...

GK. 377, 36.

Schwarzfleisch Burgund

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0001-5
DFG

ocietatē.ff.p ſocio.ꝛ in.l.ſi cōuenerit eo.ti.ꝛ hec clarius ꝓcede
ēt ſi apperet ꝯ ctus iuratus/qꝛ cū Joānes cōtrauenisset ꝑderet
ē ius.ꝛ tenereẗ ad obſeruātiā ꝛ dn̄s Bartholomeus ſibi nō te
nereẗ ad aliquā obſeruantiā iuxta ſing.ꝓuiſionē.l.ſi qs maioꝛ.
C.de trāſac. Quare tn̄ oīa ſunt dicta ſi ꝓbabiẗ p ſcōm aſſertum
inſtrumentū cui tn̄ de iure nulla eſt danda fides vt ſtatim in ſe-
quenti dubitatione diceẗ ꝛc. ¶ Circa aliud dubiū† nūquid cre
datẗ publico inſtrō: ex quo vnus ex duobus teſtibus neceſſarijs
dicit ſe nō interfuiſſe ꝛ in hoc articulo qn̄ teſtes ꝯdicunt inſtrō
ate ꝛ varie loquunẗ doctores in varijs locis tn̄ in caſu nr̄o qn̄
nus ex duobus neceſſarijs dicit ſe nō interfuiſſe magis cōis cō
luſio eſt ꝙ nō ſteẗ inſtrō. cōcluſio eſt Joānis caldarini ꝛ canoni
arū in.c.cū Joā. heremita extra de inſtru. ꝛ Bar. Bal. Ang. ꝛ
Jo. de imo. in.l.in ſi.ff.quēad.teſt.api.ꝛ Ang.in.l.cū ab initio.
.ti.tradit late genitoꝛ meus.in.c.nr̄a extra de teſtibus. ¶ Cir
vltimā cōcludo ꝙ cū fuerit latū laudū ꝙ dictus Joannes de
ret diuidere ꝛ cōſignare ptem animaliū dn̄o Bartholomeo
ſepius requiſit⁹ hoc facere recuſauerit fuit in moꝛa iuxta no.
.l.ſi ex legati cauſa.ff.de ver.ob.ꝛ.l.moꝛa.ff.de vſuris.itē ꝑdi-
a animalia perierūt ꝑdicto Joāni moꝛoſo vt tradiẗ in dictis
ribus ꝛ in.l.ꝙ te.cū ibi no.ff.ſi cer.pe. Laus deo
nnipotenti. Amen.ꝛc.

¶ Conſilium.xlviij.

Diſpō nō adaptaẗ ad caſum ad quē nō adaptātur verba.
ontractus verba ſunt intelligēda vt aliquid operantur.
xceptio licet firmet regulam in non exceptuatis non tamen
am dilatat.
ertinentiarū appellatione q̄ veniāt ꝛ q̄ non.nu.5.
lauſula.cū omnibus iuribus ꝛc.reſtringiẗ ad ea q̄ ſunt de na
ra contractus.
delicet dictio: de ſui natura eſt reſtrictiua precedentium.
rroꝛ iniuſtus quis dicatur.
rguitur a ſimili.
rroꝛ iuris ꝓbabilis ſufficit ad preſcriptionem.
Erroꝛ iuris quomodo ꝓbetur ꝓbabilis.

Laurētius hēbat nō ſolū in dictis poſſeſſionibus ꝓ diuiſo c
dicto Joanne ſed etiā pro indiuiſo ꝛ nō ſolū que tetigerūt
in partē in dicta diuiſione ſꝫ etiā que remāſerūt cōia fruſtra a
poſita eſſent illa vba duas tertias ptes ſuaꝝ poſſeſſionū ꝓ di
ſo ꝛ alia vba que dicto Laurētio venditoꝛi tetigerūt in part
2 † verba aūt cōtractus ſunt intelligenda vt aliquid opereẗ.l.
qn̄.ff.de le.j.c.ſi papa extra de ꝓui.li.vj.tradiẗ i.l.j.C.de pac.pi
¶ Preterea ex quo ptes expreſſe incluſerūt in dicta venditi
bona ꝛ res que hēbat ꝓ diuiſo daẗ manifeſte intelligi ꝙ volu
rūt icludi ea q̄ hēbat cōia ꝓ idiuiſo: qm̄ qui vnū icludit aliū
cludere vr̄.l.cū ꝑtoꝛ.in prin.ff.de iudi.l.fi.C. de pac. cōuentis
maritus.C.de ꝓcu.cū ſi.ex quib⁹ omnib⁹ fit cōcluſio ꝙ in dict
verbis dicti cōtractus nō includereẗ ſilue: ꝛ nemoꝛa q̄ rema
ſerint indiuiſa ab oppiano citra verſus ciuitatē ſeneñ. ¶ Se
cōtra ꝑdicta inſtabit diligens inueſtigatoꝛ ꝙ lꝫ in dictis verb
nō includāt. tn̄ includunẗ in alijs verbis dicti cōtractus. dū
reſeruato tn̄ dicto venditoꝛi palacio antedicto cū domib⁹ cla
ſtris ꝛ oībus muraglijs: circa dictū palaciū ꝛ ad ipſum palac
ptinentibus que in ꝑſenti vēditione nō veniant: neqꝫ eſſe inte
ligaẗ: vn̄ vr̄ ꝑōderandū ꝙ dictus venditoꝛ tm̄ ſibi reſeruauit
excipit palaciū cū domib⁹ ꝛ clauſtris ꝛ alijs ptinētijs: excepti
autē ſolet firmare regulā in nō exceptuatis.l. q̄ſitū.§. deniqꝫ.
ibi bar.in.l.cū de laniōis.§.cui fun.ff.de fun.inſtru.ꝛ no.in.l.j.ff
de re.iur.ꝛ p Dy.ꝛ Jo.an.in ru.de reg.iu.in.vj. ergo excepto pa
lacio vt.ſ.oīa alia videnẗ includi in dicta vēditione ꝛ p ꝯn̄s vi
deẗ icludi dicte ſilue ꝛ nemoꝛa vt.ſ. ¶ Sed ad hāc obiectio
3 nē facilis eſt rn̄ſio ꝛ breuis† ꝙ lꝫ exceptio firmet regulā in nō ex
ceptuatis: nō tn̄ eam dilatat vt faciat ſub ea cōprehendi. Que
de ſui natura nō cōprehendereẗ caſus eſt no.ꝛ Dyg.per quez
ita ibi decidit Bar.in.l.generari.§.vxori.ff.de vſufr.leg.ita etiā
per illū tex.dicit bar.in.d.l.j.in vltimis verbis.ff.de re.iur. Ide
etiā tꝫ Bar.in.d.§.deniqꝫ vbi reſpōdet ad illū tex. [...] videbat
ꝓbare contrariū tradiẗ per Lappum ꝛ canoniſtas ꝛc. qui ad
agendū de ꝓcur.in.vj.ꝛ p Lappū ꝛ Pe.de anc.in.c.pe.de offi.
vica. Ad idē bene facit tex.no.in.c.in nr̄a.extra de ſepul. [...]

(X 1883892)

# CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII

# Hiſtoria VETERIS REGNI POPVLIQVE BVRGVNDIONVM.

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

---

Diſputatio X.

*LIPSIAE*, Apud NICOLAVM SCIPIONEM.
clↄ Iↄc XCIIX.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0004-2

# CAPVT I.

## De POPVLO BVRGVNDICO, EIVSQVE MIGRATIONIBVS.

I.

BVrgundiones origine Germani, et gente Vandali [a], veteres primasqve ſedes apud mare habuerunt, ac inde, et nominatim a ſinu Codano profecti, regiones [b] priſci Romanorum imperii infeſtarunt, et plerasqve etiam in poteſtatem ditionemqve ſuam redegerunt.

II. Qvos veteres Oceani Germanici accolas Plinius*, gravis et perantiqvus ſcriptor in primo Germanorum ordine collocavit, et una Germaniae, qvae [c] magna et transrhenana dicitur, origines apte eleganterqve explicavit.

* *Hiſt. N. IV. c. XIV. ex eoqve Nicol. Vignierius in rerum Burgundionum Chronico edit. Baſil. 1575. et Gvilielmus Paradinus Annal. de Bourgongne, edit. Lugdun. 1566. a principio.*

a *Vandalos ex Germania, Venedos ex Sarmatia egreſſos origo, migrationes, lingva et mores, tanqvam Aborigines et advenas diſtingvunt, Ioannes Neuvvaldus cap. 17. de antiqvis VVeſtphaliae colonis, et diſſertatio noſtra 1670. de rebus Slavicis inſtituta. Adamus Brem. Svevorum confines nominat, H. E. lib. 1. cap. 3. Hinc corrigendus eſt Ammianus Marcellinus, qvi lib. XXIIX. ſeqventia ſcripſit :* ſobolem ſe eſſe Romanam Burgundii ſciunt. *Qvod qvomodo ex ſententia Burgundionum ſcribere potuerit Marcellinus, cum ii non potuerint neſcire, ſe ab Germanis eſſe oriundos, miratu dignum eſſet, niſi alienae originis iactatione viam pariter ad Valentiniani amicitiam, atqve ad delendos ſuos hoſtes qvaeſiviſſent. Conſentit Ioannes Tilius, et iactantiae, non veritati tribuit, qvum ſcribit :* Bur-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0005-7

gundiones qvoqve, qvi veri fuerunt Vaudali, ſe a Romanis iactabant proveniſſe, *de reb. Gall. l. 1. Sed poſt Albertum Cranzium, Virum ceteroqvi de patria antiqvitate inſigniter meritum, confundit praeclarus annalium Burgundicorum ſcriptor Gvilielmus Paradinus, lib. 1. pag. 4. edit. Lugdun. Proinde qvum uſu curiae titulus* Regis Principisqve Vandalorum *aſcribitur, accurato civilis hiſtoriae argumento denotantur regnum principatusqve Venedorum. Ac illum qvidem titulum primus ex Cimbro-Danicis regibus ſumpſit tertio decimo ſeculo VValdemarus II. qvi Friderici II. imp. conceſſu* Regem Slavorum *ſe ſcripſit: qvo ſpectat diploma Metenſe VValdemaro II. datum, apud Vetfeldium Chron. p. 180. edit. fol. ubi refert, VValdemarum cum Canuto XXIIX. expeditiones contra Slavos ſuscepiſſe, p. 161.* Obotritorum regis titulus *qvoqve iam ante VValdemarum attributus eſt Canuto, Helmold. l. 1. Chr. Slav. c. 49. ex eoqve Cranzius, et ex utroqve Pontanus hiſt. rer. Dan. lib. V. p. 207. Inter Reges Sveo-Gothicos primus a Venedorum gente titulum ſumpſit Guſtavus I. qvod alibi confectum eſt. Id vero per ſe intelligitur, per Vandalos laxa minusqve propria interpretatione interdum deſignatos eſſe Normannos; cuius rei indicio ſunt tabulae Brugenſes, ab Arnulfo Comite Flandriae, cum, parto nondum Caeſareo titulo, rerum potiretur Otto I. anno 961. datae apud A. Miraeum, in cod. donat. c. 34. in qvibus commemoratur vaſtitas Flandriae per* VVandalos, *id eſt, per* Normannos, *illata: qvoniam iſta ipſa tot monumentis celebrata depraedatio tempore, et rerum geſtarum momentis irruptioni Normannorum ſine dubitatione reſpondet. Nec obſcure id evinci poteſt ex diplomate Ebonis, Archiepiſcopi Rhemenſis, ubi eadem* VVandalorum *ſignificatio occurrit, apud eundem notit. Eccleſ. Belg. c. 31. Deinceps id liqvet ex annal. Francicis Fuldenſibus, qvorum fidem nullo iure nuper labefactare aggreſſus eſt Ludovicus Cellotius, in apparatu ad hiſtoriam Gotteſchalci ſect. 8. et hiſtoriae eiusdem lib. 1. c. 1. ac iam ante eum Chriſt. Brovverus in annal. Trevirenſ. lib. 8. p. 418. Praedictis annalibus * aſſentiuntur Regino, ad an. 810. 853. 867. 881. 886. Frodoardus Reginone poſterior, ad A. 923. ſeq. Sigebertus Gemblacenſis ad an. 837. ſeq. VVilhelmus Heda in hiſtoria Epiſcop. Vltraiectin. p. 51. Lambertus Hortenſius rer. Vltraiectin. l. 1. p. 4. Atqve hic curſim addo, nomen Slavorum eſſe qvidem recentius, omnino autem ante tempora Francorum II. ſtirpis, qvos Carolingos dicimus, in uſu fuiſſe, ſed ante Franco-Merovingos nusqvam legi. Vnde interpretandus eſt Buchelius Not. ad Bek. p. 6.*

*ad Annum DCCCXXXV.

b Ve-

b *Vetus Romanorum, et Graeco-Romanorum imperium, a ſeqviori Franco-Gallorum, et Germanorum Imperio Romano diſtinctas rationes habet, qvorum illud A. 801. hoc A. 962. coeptum, et aeterno iure in Germanis continuandum, ex transactionis formula iudicari oportet. Qvare vim imperii iuribus fecit Blondellus, qvum ius titulumqve imperatorium contra antiqvitatis fidem, contra tabularum veritatem, contraqve pactorum religionem imminuit et ſugillat, nec alio, qvam* patrimonii S. Petri *nomine appellandum, et ob exiguos fines ducatui aeqvandum, audacter pronunciat, ac ira ſtudioqve impeditus, ultra Carolovingos certe non porrigendum, falſo affirmat, Genealog. Franc. tom. 1. praefat. apologet. contra Chiffletium, et Geneal. Franc. tom. 2. p. 272. Pariterqve fraudi eſt ſummae poteſtati Impp. Romanorum, qvod Caeſar Baronius contra transactionis inter Carolum M. atqve Adrianum I. Pont. initae formulam, contra teſtimonia Veterum, contraqve publica actorum documenta prudens ſciensqve ſcripſit, neqve ſupremum ius poteſtatemqve in Pontificem Romanum, neqve electiones inaugurationesqve ſacras, qvas* inveſtituras Epiſcoporum *nominant, Carolo M. datas attributasqve eſſe, annal. eccleſ. tom. 9. ad an. 774. Haudqvaqvam enim id confinxit Sigebertus Gemblacenſis, in Chronograph. ad an. 773. ubi error in nota temporis, non in rei veritate ineſt. Qvod ipſi alias accidit, exempli gratia ad an. 807. ubi ex diplomate Carolino verba refert, epocham collectionis pericoparum ſacrarum, qvae per Paulum Diaconum facta eſt, innuens. Nec ſervit cauſae Baronii, qvod Sigebertus* electiones Epiſcoporum *enarrans,* inveſtiturae *nomine, Caroli M. aevo nondum in curia tabulisqve recepto, utatur, qvandoqvidem facti veritatem recentiori vocabulo tantum explicat et deſcribit. Qvem praeter meritum fraudis poſtulat Baronius, ſed ſine dubio in antiqviſſimis tabulis hoc tale invenit, adeo ut Theodericus de Niem, vir in his rebus eruendis diligens et cordatus, ex libro antiqviſſimo Florentino tabulas proferat, qvibus Ottoni* I. ad exemplum beati Hadriani *(qvi ſuo et SPQR. nomine cum Carolo M. transegerat) ius electionum ſacri Ordinis Antiſtitum, ſummaqve poteſtas conceſſa fuerint.* * *Qvod eiusmodi eſt, ut dubitari non debeat, initas fuiſſe ſuper hoc iure transactiones, qvarum altera ut poſterior, ad alteram ut priorem referatur: unde profecto ſeqvitur, transactionem inter Ottonem I. et SPQR. revera eſſe factam, qvoniam ea reſpicit ſuperiorem transactionem, ex qva perinde Ottoni M. ac olim Carolo M. tale ſummum ius fuerit acqviſitum. Etiamnum hoc ius denotat, prorſusqve firmat nomen dignitas-*

* **conf. Schard. Syll. pag. 248. 249. Goldaſt. conſtit. imper. tom. 1. ad an. 774 collat. 964.**

tasqve Imperatoris Romanorum. 2. honorarius comitivae palatii Lateranenſis titulus, Reineſ. in l. de hoc argumento p. 31. 3. Confirmatio Caeſarea privilegiorum ſedi Rom. attributorum ad hoc usqve tempus, 4. reſervatio Caeſareae ſuperioritatis in omnibus donationibus conceſſionibusve. Aſſentitur Monachus Reicherſpergenſis, Pontificibus Romanis alioqvi ſatis aeqvus, qvi illud ipſum diſerte et ſignificanter confirmat, in Chron. ad an. 774. Qvare falſum eſt, qvod de translat. imperii ſcribit Radulphus de Columna, Carolum M. hac poteſtate non fuiſſe uſum: propterea qvod a Leone III. poſt Adrianum electo, pariter claves confeſſionis atqve vexillum urbis, ſummi eiusqve civilis imperii argumento accepit, et de eius Adrianiqve Nepotum cauſa omnino iure Principis cognovit: qvin etiam Leo inauguratum coronatumqve Carolum adoravit, id eſt, tanqvam imperatori Auguſto et domino ſuo obedientem ſe ſubiectumqve teſtatus eſt, annal. Franc. Pithoeani, Fuldenſes et Reuberiani ad an. 801. Monachus Egolismenſis edit. Pithoean. p. 233. Qvod poſt Carolinae ſtirpis viciſſitudines, factionesqve Longobardicas, eo magis de Ottone M. dicendum eſt, qvoniam is primus inter Germaniae reges imperium Romanorum ad Germanos detulit, aeternoqve foedere cum Germaniae regno coniunxit, prout docet SCti formula an. 964. in eam ſententiam promulgata, qvum Otto M. devicto Berengario, belli iure nixus, pactione inſuper pragmatica ius poteſtatemqve Caeſaream corroboravit. Qvamobrem Luitprandus Epiſcopus Cremonenſis, idemqve Impp. Ottonum ad Nicephorum Phocam Imp. Graeco-Romanum legatus, Ioannem XII. perfide egiſſe, populumqve Romanum iurisiurandi oblitum tradit: tradit autem ab eo tempore, qvo Rom. ius in Vrbem et Pontif. acqviſiverat, id eſt, anno 962. qvo Imperatore Auguſtus eſt renunciatus, Frodoardus Chron. ad an. 962. Regino ad eundem: Liutprandus hiſtor. lib. 6. c. 6. De ceteris iuribus, terrarumve tractibus, privilegiis locisqve ab Leone Pont. Ottoni M. tributis, atqve in Caeſareum patrimonium denuo addictis, vid. Theodericus a Niem, qvi qvincto decimo ſeculo floruit, et Ioanni XXIII. Pont. a commentariis fuit, poſtqve eum ſeculo eodem Nicolaus Cuſanus Cardinalis, vir doctrina et uſu inſignis, qvi an. 1440. maxime claruit: Ille in libro de privilegiis et iuribus imperii, hic lib. 3. c. 2. de concord. cath. Tantum dictis ſubiungo, reſervationes, qvas nominant, ſupremae Caeſarum poteſtatis expreſſis verbis in tabb. impp. Saxonicorum eſſe denotatas, Ottonis I. Imp. Aug. et Ottonis II.* tunc adhuc regis, ad an. 962.** ex eaqve Henrici II. Imp. ad an. 1014. Qvo fundamento recte conſtituto, Otto I. ſuper electione Pont. dis-

* Otto II, non ſuſcepit ante A. 968. Imper. Auguſti titulum.

** vid. Baronius tom. X. ad h. A. Goldaſt. t. 1. conſt. imp.

*diſpoſuit, remqve publicam Romanam tanqvam ſupremus Princeps adminiſtravit, apud Frodoardum ad an. 965. Regino teſtatur, Ioannem, a qvo tanqvam primo et praecipuo Vrbis Antiſtite, Otto I. renunciatus Imperator Ro. eſt, promiſiſſe, ab eo non defecturum, qvi tamen non multo poſt defecit, ut eſt apud Luitprandum, et Reginonem ad an. 963. Populus urbis inter obſeqvium et turbas anceps, eaqve de cauſa a Luitprando notatus, tandem imperatori paruit, mortuoqve Leone Pontifice, qvem imperatoris auctoritas contra Benedictum firmaverat, ad eum tanqvam ſupremum Vrbis Principem nuncios in Saxoniam dimiſit, qvi percontarentur, qvem vellet iuberetqve eſſe Pontificem Romanum, Regino ad an. 963. 964. et inprimis 965. Vtiqve ergo habuit ius eligendi et ordinandi Pontifices, et e contrario, ſi ius fidemqve pactorum non ſervarent, a ſede ſubmovendi, qvod qvibus qvalibusve argumentis impugnet Caeſar Baronius, alibi videbo copioſeqve examinabo.*

c *Imitantur Graeco-Romani, Franciam magnam appellantes, qvae Germaniam Belgiumqve Gallicum continebat: qvo pacto Conſtantinus Porphyrogennetus μεγάλην Φραγνίαν dixit, cap. XXV. libr. de adminiſtrat. imperii. Germania autem magna, Ptolemaeo Γερμανία μεγάλη, nominari coepit, qvae longiſſimo trans Rhenum * ſpatio porrigitur, atqve nomine hoc et ſitu pariter a Cisrhenana, qvae minor et recentior ** eſt, diſtingvitur et diſterminatur.*

III. Vix autem a frigida Septentrionis ora receſſerant, cum usqve a mari Codano progreſſi, in Germaniam interiorem pervenerunt, ac deinceps in Marcomannorum, qvi diu inſederant Bohemiam, regiones commigrarunt [d], nomineqve vicis et domiciliis indito, paſſim memoriam ſuam reliqverunt: hinc flexo verſus occaſum itinere, finitimam Albis oram cum tractu Rheni commutarunt, poſtea ſpe cupiditateqve invadendae Galliae illecti, ad rumpendum Romanorum limitem aggreſſi ſunt, primiqve inter Germanos in Romanae ditionis provinciis regnum condiderunt, auctaqve erga Romanos invidia, potentiam amplificarunt, eaqve ſummae fortunae magnitudine vicinis maxime ſe formidabiles reddiderunt.

**Stylo uſuqve Dionis Germani transrhenani appellantur κελταὶ, Cisrhenani autem per Γερμανοὺς ab eodem denotantur.*

***vid. Dio lib. LIII de coepto Cisrhenanae Germaniae nomine, ordinatisqve ibi rebus. Hinc regnum Franciae Orientalis comprehendit Franciam cis- et trans-rhenanam, qvarum haec eſt antiqvior, atqve huius iam aevo ſuo meminit Hieronymus. Vtriqve Franciae Tevtonicae opponitur, Francia Gallica, ſive Cisrhenana Occidentalis.*

IV. Qva-

IV. Qvare Plinius, a qvo ſcribendi initium duxi, cum de nationibus Germaniae perſcriberet, tum vetuſtatem Burgundionum non neglexit, multo minus data opera obliteravit, qvando inito gentium Germanicarum numero, paucis verbis teſtatus eſt, qvem locum, qvemve honorem Burgundionibus aſsignaret. *Germanorum*, inqvit, *genera Vindili, ſeu Vandali, qvorum pars Burgundiones.* Qvi auctor ut induſtria et fide praeſtans, ita rerum Germanicarum perqvam peritus fuit, ſed ii libri, qvibus bella Germanica perſecutus eſt, * magno cum antiqvitatis damno interciderunt.

* *Tacito A. I. 69. laudatus.*

d *Argumento eſt locus apud Dionem lib. LV.* a *ubi Albim ex Vandalicis montibus profluere affirmat. Vandalici autem montes a Vandalis, qvorum pars Burgundiones erant, ſine dubio appellati ſunt, qvippe qvi Dionis aevo Bohemiam Marcomannicam tenuerunt, et gentis nominisqve ſui veſtigia ibi poſuerunt. Atqve hinc dici coeperunt montes Vandalici, migrationis pariter Vandalorum, et Bohemiae a Vandalis inſeſſae teſtes.* Eo vid. Aegid. Bucherius in Belg. Romano l. 7. c. 4. n. 7. Poſt Vandalos penetrarunt in Bohemiam Venedi, iidem qvi alias Slavi, qvos ab duce ſuo Czechios vocamus. Qvod primum Bohemiae Vendicae initium fuit, atqve ab eo tempore Vandalica nominari deſiit. Conf. Goldaſt. de regn. Bohem. l. 1. cap. 9. Procopius ſua aetate Burgundiones proxime Thuringos collocavit, ** qvod eo interpretatur Philippus Cluverius, ut confirmet, tunc temporis in Cattorum, qvos Heſſos exponit, agris fuiſſe commoratos. Qvoniam vero ampliores qvondam Thuringiae fines fuerunt, atqve ii nunc ſunt, difficile probatu eſt, qvod Cluverius affirmat. *** Qvin potius ab eo tempore, qvo ex montibus Bohemicis diſceſſerunt, Francorum Saliqvorum finitimi fuerunt. Illud inſuper ineptum eſt, qvod aliqvi indicio nominis* burgi *continuo colligunt, vel ibi habitaſſe Burgundiones, vel ad minimum aliqvandiu conſtitiſſe, domosqve et caſtella aedificaſſe, ubi nomen* burgi *inveniatur. Eqvidem non diffiteor, eam imponendi huius nominis fuiſſe occaſionem, neqve inficior, multos eiusmodi vicos atqve oppida, qvae* burgi *nomine terminantur, Burgundiones extruxiſſe. Id qvod ſatis aperte indicavit Oroſius, qvum de ea gente lib. 7. hiſt. c. 32. ſeqventia commemoravit:*

a ἀρεῖ (Ἀλβήϊος) ἐκ τῶν Οὐανδαλικῶν ὀρῶν.

* *Antea etiam Gothos illuc perveniſſe, argumento* Elff *eruditi coniecturam ducunt, ſpecioſe tamen magis, qvam vere.*

** τῶν Θορίγγων Βουργουζίωνες οὐ πολλῷ ἄποθεν.

*** *Germ. antiq. lib. 3. c. 36.*

*vit:* Hos qvondam ſubacta interiore Germania, a Druſo et Tiberio adoptivis filiis Caeſaris, per caſtra diſpoſitos: aiunt in magnam coaluiſſe gentem: atqve ita etiam nomen ex opere praeſumſiſſe, qvia crebra per limitem habitacula conſtituta Burgos vulgo vocant. *Oroſium ſecutus eſt Gvil. Paradinus, qvi tamen ipſe ſecum pugnat, dum ab Auguſti et Tiberii aevo praeſcriptos Burgundionibus habitandi fines arceſſit, et qvos auguſta hiſtoria Sicambros deſignat, eos perperam Burgundiones interpretatur. Eo vid. Tranqvillus in Auguſto cap. XXI. et in Tiberio cap. IX. Tacitus A. II. 26. XII. 39. conſ. Horat. IV. Carm. od. 14. Adhaec ultro largior, burgis, ſive caſtris, in qvibus Burgundiones, et pleriqve alii qvondam habitarunt, ſtructa eſſe oppida, eaqve de cauſa cives oppidanos coepiſſe appellari* Burgenſes, *ut documento inprimis ſunt inſtrumenta publica in qvibus Burgenſes nominantur, ſigilla cum effigie burgi, qvorum plena eſt Germanica antiqvitas. Formam ſigilli civitatis Traiectenſis expreſſit Arnoldus Buchelius ad Ioannem de Beka p. 89. conſ. idem ad VVilh. Hedam. p. 209. Qvo argumento ſimul intelligitur obligatio burgenſium, qvam vel cum vitae fortunarumqve omnium iactura burgis ſive caſtris, in qvae coiverant, praeſtabant: unde ſeqvitur, poſtqvam ex burgis oppida facta ſunt, cives oppidanos pari iure ac fide ad communem defenſionem teneri, et coniunctis animis viribusqve ad ſuſcipienda onera, propugnandamve ſalutem publicam lege conſociationis, tanqvam arctiſſimo vinculo colligari. Qvod ex inſtituto perſpicaciſſimi Vir iudicii Hugo Grotius perſecutus eſt in libr. de iure belli et pacis, ubi vim imperii, vinculum religionemve pactorum, nexum deniqve ſocietatis, in qva neceſſitas finis, ut in rebus civilibus aliis, lex eſt, apte accurateqve deſcripſit. Qvo factum eſt, ut reges ipſi ſe* burgenſes *appellarent: exempli gratia, VVilhelmus Rex Romanorum ſe nominavit burgenſem Traiectinae civitatis ad Rhenum. Verba concepta apud Bekam extant.* Civitatem hanc *(Traiectum)* ſub noſtram protectionem benigne ſuſcepimus, cuius iamdudum, promisſa fidelitate, Burgenſis effecti ſumus. *Longe aliud diverſumqve eſt ius civis honorarii, qvod ſola dignitatis ratione continetur, atqve adeo ſine tutela clientelave, ſine parendi et onerum civilium obligatione, ſineqve tribu et domicilio, propter officium benevolentiamqve navatam tribui concedíqve ſolet: qvod liberae et ſui iuris reſpublica Veneta et Helvetica, et ultimis retro ſeculis, Graeca Romanaqve multas et graves ob cauſas uſu probarunt, et reges principesqve exteros hoc tali honoris nomi-*

** Hinc Burgimagiſtri, qvos vulgo Conſules imitatione Latinitatis priſcae et emendatae vocant, poſt deceſſum Franco-Carolingicae ſtirpis in republica Germanica inſtituti ſunt, auſpicio Ottonis M. qvem Franco-Salici et Svevi ſecuti ſunt. Confer. Lehman. Chr. Spir. l. 2. c. 22. et l. 4. cap. 11.*

*ne tituloqve ornarunt, apud Io. Bodinum de reb. lib, 1. p. 87. et Herm. Kirchnerum in libro, qvi reſpublica inſcribitur, p. 100. Verum ad Oroſii de* burgis *ſententiam revertor, qvam ſecutus pariter atqve interpretatus eſt Gvil. Paradinus, nullis tamen idoneis argumentis, ut paulo ante de Oroſio confectum eſt. Neqve melius eſt, qvod a burgis* ſumit, ut probet, vocabula, qvae tali modo finiuntur, rerum a Burgundionibus geſtarum prae ſe ferre monumentum, annal. Burgund. lib. 1. p. 4. Ioannes Iacobus Chiffletius appellationem* Habsburgi ex Burgundinorum more *coeptam receptamqve tradit. Non abſurde, qvia a burgis ** ſane Burgundiones nomen acceperunt, teſtibus Oroſio, Paulo Diacono, Luitprando, Iſidoro, ſcriptoribus originum haud imperitis. Id vero Davidi Blondello *** movet ſtomachum, qvaſi non aliarum gentium Germanicarum iſte mos fuerit: qvod ita concedi debet, ut nihilominus primordia huius moris a Burgundionibus capiantur: cum alioqvi paſſim in Saxonia, Francia orientali et Heſſia, totaqve fere Germania urbes atqve oppida in burgus exeant, qvorum tamen neqve conditores, neqve inſtauratores unqvam fuerunt Burgundiones.* a *Qvod perinde de familiis genere illuſtribus manifeſtum eſt, qvae in* burg *terminantur, nullo Burgundicae originis documento: etſi haud neſcio, plerasqve etiam, et inprimis Lutzelburgicam, a Burgundiae finibus eſſe repetendam.*

** Burgus primo qvemcunqve habitationis locum in formam caſtrorum denotabat. Seqviorum, id eſt, Franco-Carolingorum temporum uſu ſignificat oppidum, qvam notionem ediſſeruit Reineſius de Palat. Later. p. 38. ſeq. qvem libellum nuper eruit edidit qve Ienae doctiſſimus Schubartus. Conf. Limn. tom. 3. l. 7. c. 1. de civitat. imperial. Pighius Hercul. Prodic. p. 4.*

*** Burgus a πύργος ducitur, B. Rhenanus in Tacit. Germaniam.*

**** Geneal. Fr. tom. 2. p. 340. 341.*

V. Sive autem eos invitavit [c] ſoli bonitas, ſive avaritia et regnandi cupido ſtimulavit, ſive deniqve gloriae ad ipſos commovendos tanta vis fuit, proferendae certe potentiae occaſionem minime neglexerunt, qvae tunc peropportuna ipſis accidit, qvum labentibus indies imperii Rom. rebus, bellandi materiam adipiſcerentur. Qvod ſic evenit. Poſtqvam Burgundiones ex Boiohemia egreſſi, de ſalis fontibus finibusqve controverſias [f] cum Alemannis habuerunt, Valentinianus diſſidia in utilitatem ſuam vertenda ratus, Burgundionum animos ſibi conciliavit, ictoqve foedere amicitiam, et belli contra Alemannos gerendi ſocietatem confirma-

a *Exemplo ſunt Merſeburgum ad Ruram, ad Salam, Rotenburgum ad Tubarim, Marpurgum ad Lanum, qvin et Salisburgum in Norico ad Iuvavam, in qvos tractus non penetrarunt, nedum occuparunt Burgundiones.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0012-6

mavit. Diſerte Ammianus Marcellinus, ſcriptor cordatus et gravis, idemqve expeditionis in Germaniam ſuſceptae ſocius et comes, tradit, Valentinianum, qvo imperante * floruit, *Burgundios in eorum* (Alemannorum) *perniciem excitaſſe*, nec multo poſt addit, *ſalinarum finiumqve cauſa* (cum) *Alemannis iurgaſſe*. **

** Valentinianus I. non III. ut abſurde nominatur in Bucherii indice ad Belgium eius Romanum adiuncto.*

*** lib. XXIIX.*

e *Socrates Scholaſticus, qvi hiſtoriae Euſebianae telam qvaſi pertexit, auctor eſt, Burgundiones vitam qvietis patientem, atqve a negotiis vacuam duxiſſe, lib. VII. H. E. c. 37. Qvam pacifici animi laudem iis tribuit, qvum in Rheni limite conſiſterent, qvo tempore tranqvillitate et operibus manu faciendis delectatos fuiſſe affirmat. Vitam autem qvietam Burgundionum aut ex ingenio finxit Socrates, aut profecto mea opinione eo pertinet, ut exiſtimet, non tam bella inferre, qvod Principes qvietis impatientes ſolent, qvam defendere repellereqve voluiſſe, qvippe qvod ratione naturali licet, ſubiectaqve belli cum Hunnis geſti narratione facile oſtendi poteſt. Qvanqvam ſaepe redierunt ad priſtinos mores, qvos ſuſcepta meliori religione, cum mitiori coelo paulatim exuebant, nec tamen ita ſemper qvietam vitam agebant, ut nihil iniuſte poſthac in alios molirentur, ut deinceps in hiſtoria veteris, et novi Burgundionum regni commentabor. Nam tractare arma, parare exercitus, inferre metum, facereqve vim, nil apud eos inſolens fuit, praeſertim qvum pulſi a Gothis, * nihilominus cum aliis, nominatimqve cum Alemannis, Gallis Romanisqve agebant. Novandi ſtudium et avaritiam vitio et culpae dat G. Paradinus in annal. Burgund. lib. 1. p. 5. Pontus Heuterus narrat, fertilitate Galliae, qvae et Germania cultior, et coeli clementia gratior erat, fuiſſe incitatos, rer. Burgund. lib. 1. p. 2. Iornandes innuit, nimiam creſcentis populi multitudinem armatis his migrationibus cauſam dediſſe, praeſertim qvum ob inopiam victus, atqve ob ſterilitatem dura fortuna utebatur, in lib. de reb. Get. p. 83. Nec abludit Andreas Severinus Velleius, qvando putat, numeroſam regum Septentrionalium ſobolem ad novas ſedes novaqve regna qvaerenda pro inſita dominandi cupiditate excitam, unius regni finibus ſeſe continere non potuiſſe, in not. ad Adamum Bremenſem lib. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 24. Applaudit Arnoldus Vetfeldius, regni Daniae qvondam Cancellarius, rerumqve Dano-Cimbricarum et Normannicarum ſcientiſſimus, qvi commemorat, Danis Normannisqve iam inde antiqvitus fuiſſe poteſtatem ducendi plures*

** A. C. 280. ut rationes communiter ſubducunt.*

*uxores, unde eae gentes praeter modum creverint, ut egredi e regnis, ducereqve colonias, et commutare ſedes neceſſe habuerint, t. 1. p. 111. edit. 1652. Sed ut tunc iſtae gentes barbarae, iurisqve Dei auſpiciis promulgati prorſus ignarae erant, a regibus ipſarum multa permiſſa ſunt, qvae haudqvaqvam recti fuere exempli, malosqve mores admixtos habuerunt. Minus ſibi in ea re indulſerunt Germani veteres,* et prope ſoli barbarorum ſingulis uxoribus contenti fuerunt, *apud Tacitum de mor. Germ. XVIII. 1. Proinde melior connubii ratio* apud noſtrates Germanos valuit, ſive ultimam connubii originem, ſive ſimplicitatem priſci moris, ſive concordiam coniugum, ſive robur filiorum, ſive firmamentum familiarum, ſive utilitatem reipublicae, ſive auctoritatem eccleſiae, ſive leges Chriſtianorum Principum, ſive inſtituta moratiorum gentium, ſive deniqve appetitus ex praeſcripto temperantiae moderationem expendo. Qvae eiusmodi ſunt, ut qvanqvam per ſe ius naturae etiam facultatem dandae pluribus uxoribus fidei largiatur, tamen lex conſtituto iure praeſcripta illi conceſſioni ſtatim intervenit, prorſusqve impedivit, qvominus iſta naturalis libertas, cui fraeni ab externo prohibente iniecti ſunt, effectum ſortiatur, qvum nempe tale eſt prohibens, qvod et ius poteſtatemqve prohibendi habet, et voluntatem etiam prohibendi certo aperteqve declarat, et hanc conſtituti iuris obligationem iuri naturae nihil qvidem hic per ſe prohibenti, nullumqve obligationis modum definienti, veluti obicem opponit, et demum eius aliunde inductae obligationis obſervantiam poena ſancit ac firmat. Tale qvid autem ex iure conſtituto divino pariter humanoqve** nunc probare, neqve huius inſtituti eſt, et alii curae ſervari debet.*

f *Praeclarum hoc teſtimonium facit, ut perqviram locum ſalis fontium, ſuper qvibus Alemanni et Burgundiones olim diſceptarunt. Qvem ego qvidem in Francia Orientali transrhenana colloco apud Salam amnem, qvi in Moenum ſe exonerat, a qvo dicti ſunt Salii, pars orientalium Francorum, qvorum mentio eſt apud Iulianum in Epiſt. ad Athenienſ. et apud Iuliani expeditionis ſocium, Ammianum Marcellinum, lib. XVII. Diſſentit Chiffletius, qvi in Auſtraſia, ſive veteri Lotharingiae regno, hos ſalis fontes qvaerendos exiſtimavit, in Vind. Hiſpan. cap. V. A qvo diſceſſionem faciunt Aegidius Bucherius in Belgio Romano lib. XI. cap. 11. et Hermannus Conringius in erudito libro de origine iur. German. c. VII. Vbi venit in mentem recordari certaminis, qvod multis abhinc ſeculis Hermanduri, qvando adhuc Miſniam incolebant, cum Cattis, qvorum ſedes ad Thuringiae fines uſ-*

qve

**Ipſe Tacitus Germanis adhuc barbaris multum rationis et ſolertiae tribuit, M. G. XXX. 3. Velleius Marobodui Marcomannorum regis, qvem* natione magis, qvam ratione barbarum *vocavit, II. 108. 2. Deſierunt autem Germani eſſe barbari ſuſcepta diviniori religione, qvae ſola feroces animos mitigavit, ut ex Baronio erudite diſſeruit* Bary *Franco-Gallus.*

** *Elegant*er *et apposite Syneſius ep. CV.* ὅ τε Θεὸς, ὅ τε νόμος, ἥ τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ γυναῖκα ἐπιδέδωκε.

*qve pertinebant, eadem ex ſalis cauſa conſeruerunt, apud Tacitum Annal. XIII. 57. Qvod accidit imperante Valentiniano I. perinde ac prius illud refertur ad tempora Neronis, unde conficitur intervallum annorum cccxv. qvo ab ſe diſtant pugna inter Cattos Hermundurosqve, et pugna inter Burgundiones atqve Alemannos, qvarum illam ſignat A. C. LIIX. hanc CCCLXXIII. iuxta veriores rationes.*

VI. Qvod conſilium prudenter repertum a Valentiniano I. eſt, qvum iis rebus fieret, ut, qvi antehac ſocii magisqve ad impetum validi erant, iam in ſeipſos arma verterent, viribusqve diſcordia conſumptis, vix ipſi ſe ſervarent. Non ignari eqvidem ſuperioris fortunae, qvam temporibus Maximiani apud Treviros etiam coniuncti ſubierant g, nec obliti foederis, qvod ad invadendam Galliam conflarant: ſed poſtqvam animi ab odio et ambitione occupati ſunt, non difficile fuit Valentiniano, eos concitare acrius, ad mutuamqve perniciem ſolicitare. Igitur Burgundiones, qvorum et virtus, et immenſae copiae ante oculos erant, ad bellum Alemannis inferendum ex foedere cohortatur h: nec repugnant Burgundiones, nil ceteroqvi per ſe auſuri; qvoniam incertas belli vices, et robora laboresqve durae et obſtinatae gentis facile aeſtimabant: vicit tamen obteſtatio Valentiniani per nuncios repetita, praeſertim qvum ab eo, diverſa parte Alemannos oppugnaturo, belli ſocietas et ſubſidia offerrentur. His rationibus inducti, arma ſumunt, expeditasqve cohortes mittunt, dumqve hoc agunt, apud Rheni ripas Valentiniani auxilia expectant. At ubi die condicto nihil horum adventare ſenſerunt, Alemannos minime laceſſendos rati, qvanta potuerunt cura, ad reditum ſe compararunt, ſimul et a Valentiniano poſtularunt, iuberet adeſſe ſibi milites, qvi abeuntium terga ab incurſante hoſte defenderent. At Valentinianus impeditus cura firmandorum finium, caſtellorumqve contra hoſtes extruendorum, moram

trahebat: qvare ob non ſervatam fidem indignati, caedunt captivos, ſeqve recipiunt, animis tam commotis, tamqve exacerbatis, ut Valentiniani foedus non aliter acciperent, qvam ſi is hac fallendi arte exitium ſuum paciſci voluiſſet. Qvibus modis deluſi, pro amicitia inpoſterum odium afferunt, atqve ab eo tempore Romanorum hoſtes fiunt, armatiqve in illorum provincias irruunt, plerasqve etiam ſubigunt, et diu in poteſtate ſua tenent. i

g *Maximianus Diocletiani Iovii Aug. collega, idemqve cognomine Herculius, res Galliae Belgicae apud Treviros ordinabat, qvum Alemanni et Burgundiones belli in eum limitem transferendi ſocietatem inierunt, inſtructaqve acie cum eo congreſſi, ultimo rerum ſuarum diſcrimine cedere ſunt coacti. Eam in ſententiam rhetorum more vetuſtus Panegyriſtes, unde aliqvid ad inſtitutum hoc pertinens excerpo.* Vix dum, *inqvit*, miſero illo furore* ſopito, cum omnes barbarae nationes excidium univerſae Galliae minarentur, neqve ſolum Burgundiones et Alemanni, ** ſed etiam Chaibones, Heruliqve, *** viribus primi barbarorum; locis ultimi, praecipiti impetu in has provincias irruiſſent, qvis Deus tam inſperatam ſalutem nobis attuliſſet, niſi tu attuliſſes? *Hucusqve Mamertinus. Alloqvitur autem Maximianum, qvi ob incurſiones horum populorum cepit conſilium illic commorandi, fuitqve adeo haec urbs domicilium et ſedes imperatorum, barbaris oppoſita obiectaqve, qvod non minus hiſtoriae monumenta, qvam numi notam TR. inciſam habentes declarant, qvorum pleriqve ſuperſunt nomen et imaginem Maximiani praeferentes. Ibidem Conſtantius Chlorus palatium collocavit, et exinde limitem Galliae, qvem transrhenani ſubinde invadebant, propugnavit: poſtero tempore eam inſtauravit Conſtantinus M. Chlori filius, et victo deletoqve Maximiani exercitu, metum transrhenanis auxit, irruptionemqve facturos potentius inhibuit, qvum antehac per occaſionem belli cum Maximiano geſti liberius tutiusqve vagarentur: contra eo ſublato, magis ſe finibus ſuis continerent. Qvo factum eſt, ut Auguſta Trevirorum, Belgicae I. caput, velutqve Roma transalpina, auſpicio Conſtantini M. ex ruinis reſurgeret, firmiusqve ſtaret. Qvam ob cauſam panegyriſtes Eumenius Conſtantinum tanqvam eius urbis, et circi ibidem, ac baſilicarum inſuper et fori, operumqve regiorum, et ſedis*

** Bagaudas innuit, ruſticos in Gallia perduelles.*

*** tunc amici ſociiqve.*

**** a Septentrione, id eſt, a ſinu Codano, qvi maximus Oceani Germanici ſinus eſt, profecti.*

*ſedis iuſtitiae maximum feliciſſimumqve inſtauratorem, graviter copioſeqve laudavit.*

h *Enarravit his conceptis verbis Ammianus Marcellinus lib. XXIIX.* Seditqve conſilia alia poſt alia imperatori probanti, Burgundios in eorum (*Alemannorum*) excitari perniciem bellicoſos, et turbae immenſae viribus affluentes, ideoqve metuendos vicinis univerſis. Scribebatqve freqventer (*argumento morae deliberationi de bello interpoſitae, qvae in eiusmodi deſtinatis iuxta formidinem eſt*) ad eorum reges per taciturnos qvosdam et fidos, ut iisdem tempore praeſtituto ſupervenirenr, pollicitus ipſe qvoqve tranſito cum agminibus Romanis Rheno occurrere pavidis, pondus armorum vitantibus inſperatum. Gratanter (*re deliberata, ad qvam hucusqve a Valentiniano I. per nuncios aliqvoties ſolicitati erant*) ratione gemina Principis acceptae ſunt literae: prima, qvod iam inde temporibus priſcis, ſobolem ſe eſſe Romanam Burgundii ſciunt; (*utilitatem ſuam in eo vertere rati,* * *ſentire ita ſe novi foederis fiducia, expectationeqve melioris contra populum, ex ſalis finiumqve cauſa aemulum, ſucceſſus, haud dubie prae ſe ferebant, non, opinor, gentis ſuae alioqvin tam ignari, ut neſcirent, ſeſe eſſe Germanos, parentesqve ſuos ex ultimo Germaniae limite adveniſſe,*) dein, qvod ſalinarum finiumqve cauſa Alemannis ſaepe iurgabant, catervas miſere lectiſſimas: qvae, anteqvam miles congregaretur in unum, ad usqve ripas Rheni progreſſae, imperatore ad extruenda munimenta diſtricto, terrori noſtris fuere vel maximo. ** Igitur paulisper morati, cum neqve Valentinianus ut ſpoponderat, die praedicto veniſſet, nec promiſſorum aliqvid adverterent factum, ad comitatum miſere legatos, poſcentes adminicula ſibi dari redituris ad ſua, ne nuda hoſtibus exponerent terga. Qvod ubi negari per ambages ſentirent, et moras necti, exinde diſceſſerunt indignati. Hocqve comperto reges, ut ludibrio habiti, ſaevientes captivis omnibus interfectis, genitales repetunt terras. *Ex qvibus intelligitur, qvalis ea res fuerit, qvamobrem Valentinianus regum populorumve Burgundicorum odia ſibi concitarit. Cuius facti culpam idem ſcriptor non in Valentinianum, ſed in milites confert, cerniturqve hic ira Dei in rem Romanam, qvae a gentibus a Septentrione egreſſi, corporeqve validis, et animo ferocibus afflicta eſt, cum Septentrio flore martiorum iuvenum veluti gravidus, gentes in ſeneſcentis priſci imperii regiones immitteret, iuſtaqve Dei providentia malos Romanorum mo-*

* *Alienus hic eſt locus, lectionis et argumenti ratione apud Trebell. Pollion. in xxx. Tyran. IV.* Affectatores Romani nominis.

***Diffidentia inter foederatos, qui non tam caritatis, qvam mutui metus ratione paciſcuntur. illuſtre ſatis documentum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0017-4

*mores ulciſceretur.* *** *Eam in ſententiam graviter iterum verax ſcriptor Ammianus Marcellinus lib. XXIX. haec ſeqventia tradit.* HacValentinianus gloria defraudatus, nec ſua culpa, nec ducum, ſed intemperantia militis, qvae diſpendiis gravibus ſaepe rem Romanam afflixit, adusqve qvinqvageſimum lapidem terris hoſtilibus inflammatis, rediit Treveros moeſtus. *Treviros nominat, unde ad profligandos Alemannos diſceſſerat, ſed re infecta reverſus, triſti conturbatoqve animo fuit.* * *Ibidem militiae togatae rationibus conſuluit, et ad Probum praetorio praefectum ex eadem urbe reſcripſit, ut apparet ex lib. 3. C. de abolitionibus: et lib. 7. C. de bonis proſcriptorum. Exinde etiam ad Viventium, qvi praefecturam Galliae deinceps adminiſtravit, literas mandatumqve perferri curavit, lib. 5. C. de fide et iure haſtae fiſcal. Ex dictis perſpicitur, praefectos praetorio Galliarum pro imperatore rexiſſe Galliae provincias, qvod comprobat inſcriptio ad Viventium l. 7. dicti titul. Cod. Iuſtinianei. Probum ſignat vetus inſcriptio, ad qvem literas dedit Auſonius, ſed de vita moribusqve eius non tam ex Auſonio, qvi ei blanditus eſt, qvam ex Ammiano Marcellino conſtat. Atqvi cum his praetorio praefectis non faciebant paria praefecti ſecundi, qvi revera vicarii fuerunt.*

****Duo enim erant imperii limites, Danubianus et Rhenanus, qvibus ruptis, nec idoneo praeſidio firmatis, vulgatum eſt arcanum, Romanos etiam in Romani imperii visceribus poſſe vinci. Vid. Tacitus Annal. IV. 5. 2. 3. Hiſt. IV. 53. 3. conf. Herodianus VI. 7. et Sextus Rufus Feſtus in brev.*

**Similiter l. xxx. moerentem triſtemqve eum deſcribit, qvum accepiſſet nuncium, Macrianum Alemannorum regem evaſiſſe Burgundios.*

i *Rhenanum limitem eqvidem munivit Valentinianus ſenior, huiusqve nominis primus, ſed qvia transrhenani ab exceſſu Iuliani Imp. univerſe commoti effuſiqve ſunt in provincias Romanas, et foedus inſuper cum Burgundis initum male cecidit, ſtatus imperii fuit difficilis et perturbatus. Hinc locus de Alemannia a Iuliano domita, Galliaqve inſtaurata explicandus eſt ex Zoſimo, vid. lib. IV. 3. Perinde ut ex eodem Eumenius alias qvoqve illuſtratur. Ceterum Valentinianus ſenior nihil laboris in eadem parte remiſit, novemqve annis irruptiones barbarorum, qvi trans rhenum incolebant, repreſſit, Zoſimus libro eodem IV. 12. Ammianus Marcell. lib. 30. multas eius laudes enumeravit, qvando iam mortui elogium adornat, atqve inter alia haec ſcribit.* Valentinianus (*Senior*) merito timebatur (*transrhenanis*) qvod et exercitus auxit valido ſupplemento, et utrobiqve rhenum celſioribus caſtris munivit, atqve caſtellis, ne latere usqvam hoſtis ad noſtra ſe proripiens poſſit.

VII. Poſtea autem ab exceſſu Valentiniani I. qvi non ſervatis pacti conditionibus Burgundiones graviter offenderat, res Romana, praecipue in Occidente, magis inclinata eſt:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0018-9

eſt: cujus filii Gratianus, et Valentinianus huius nominis II. cum ſeditioſis perditisqve hominibus conflictati,[k] alter à Maximo, alter ab Arbogaſte, ſunt occiſi. Qvo tempore Alemanni qvidem duobus praeliis fracti qvieſcebant: ſed ne ſic qvidem Romana reſpublica felicior evaſit, qvin imo extremum periculum ſubiit, propeqve iam fatis ſuis admoveri coepit: Burgundiones autem usqve ad hoc tempus ſedes ad Moenum Rhenumqve porrectas habuerunt, et infeſta Romanorum atqve Alemannorum arma tranqvillo regni ſui ſtatu aſpexerunt.[l]

k. *Zoſimus lib. 4. Proſper ad an. 385. qvi eſt vel vulgaris, vel Pithoeanus: uterqve autem conſentit cum auctore Miſcellae, qvi crudelis in Gratianum odii cauſas reddunt: aſſentiuntur Socrates lib. 5. c. 11. Sozomenus l. 7. cap. 13. qvi in hiſtoriam Vandalorum, qvorum pars et progenies Burgundiones ſunt, multa et notatu digna ex Olympiodoro inſeruit, cujus fragmenta etiamnum ſuperſunt in Photii bibliotheca n. LXXX.* Marcellinus Comes in Chron. ad ann. 383. conf. Hiſtoria tripartita, qvam compoſuit Caſſiodorus, Hieronymus ep. 3. Pacatus panegyriſtes, et perplures. Caeſus eſt Gratianus opera manuqve Andagatii Comitis: Valentiniani iunioris fortunae per ſe miſerabili hoc etiam improbitas Arbogaſtis Comitis adiecit, ut ſtrangulatum de laqveo ſuſpenderet, eoqve modo in ſuſpicionem voluntariae mortis adduceret, Oroſ. l. 7. cap. 35. auctor appendicis Europianae Paulus Diaconus, aliiqve.*

**Huc ſpectat convitium Vandalorum, qvum Gothos hoſtes ſuos appellarunt Trulos, qvos famis tempore aliqvando vel unam tritici trulam pretio aureum aeqvante redimere neceſſe habuiſſent: ibidem de fame Vandalica, Phot. p. 190. Andr. Schotti. edit. Rothomag.*

l. *Narrat Proſper, anno CCCLXXIII. immenſam Burgundionum vim ad octoginta fere millia verſus Rhenum deſcendiſſe, et anno CDXIV. partem Rheno propinqvam obtinuiſſe, de qvo loco in altero capite diſqviram. Niſi qvod pauca qvaedam hic de Burgundionum fortuna migrationibusqve velut in ſumma dicam, Burgundiones primo ſub tempora Probi hoſtes Romanorum evaſiſſe, qvod vulgo, et perperam ad aevum Auguſti refert Paradinus, qvem multi alii ſeqvuntur. Ceterum annus ferme CCLXXX. fuit, qvum Probus Imp. verſus Rhenum*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0019-9

*num movit, et poſtqvam Francos* compeſcuit, in Burgundiones Vandalosqve duxit, eosqve apud Rhenum ſuperavit, ut ex Zoſimo colligo Hiſtor. l.67.et 69. iam ergo propter Rhenum, id eſt, in regione Germaniae transrhenana conſiſtebant, finitimiqve Alemannorum erant. Qvare evenit, ut imperante Maximiano Herculio, qvem Zoſimus interdum cum Maximiano Galerio, et Maximino confundit, ope et armis Alemannorum contra Gothos iuvarentur: cumqve horum ex Dacia profectorum iugum depuliſſent, aliqvanto poſt ipſi cum Alemannis finium cauſa committebantur. Eo reſpiciunt Mamertinus Panegyriſtes in Maximiano, et Am. Marcellinus iam ante in hanc ſententiam adductus. Inde rerum potiente Valentiniano Seniore, ac invitante eo, ad infeſtandos Alemannos excitati, cum ex pacto non ſubmitterentur auxilia, viam ſibi paulatim muniverunt in Germaniam cisrhenanam, ulteriusqve deinceps verſus Ararim et Rhodanum progreſſi, redigendae in poteſtatem Galliae Lugdunenſis occaſionem arripuerunt, qvin et his rebus Imperatores Romanos comiter habere, pacemqve demum conditionibus firmare coeperunt. Cum Ammiani loco, qvi eam in rem libro XXIIX. extat, ſupraqve a me explicatus eſt, omnino meretur conjungi Proſper in Chron. ad an.373. qvi ab Ammiano accipit ſuam lucem.*

* *Franci iam ante Probum hoſtes facti, temporibus Gallieni partes Poſthumi tuendas ſuſceperunt, anno circiter CCLX. Vid. Trebellius Pollio in Gallienis duobus c. VII. Poſt hunc Vopiſcus in Aureliano, Amm. Marcell. l.XVI. Saliis, lib.XVII. Procopius l.1. de bello Goth. et l.1. de bell. Vand. Narrat Trithemius, anno CCCXXVI. à Thuringis invitatos, ab oſtiis Rheni exiiſſe, finesqve Thuringiae meridionalis inter Salam Nicrumqve obtinuiſſe, de orig. gent. Francorum.*

CAP. II.

## DE BVRGVNDIONVM REGNO IN GERMANIA PRIMA, ATQVE HINC IN SEQVANOS PROMOTO.

I.

HOc tranqvillo rerum ſuarum ſtatu Burgundiones ſuis viribus Romanorumqve amicitia florebant, qvum in Ori-

Oriente Theodoſius iunior, in Occidente Honorius ſummam rerum tenebat, qvorum alter ab uſu tractationeqve belli alienior, alter etiam difficultatibus temporum, malisqve conatibus Stiliconis impeditus, Burgundionibus cis Rhenum [a] ſedes attribuit, pacemqve cum iis confirmavit. Id autem metu magis, qvam amore faciebat, annusqve tunc agebatur CDXIII. qvando populo vicino & praepotenti dedit conceſſitqve hoc, ut inpoſterum Germaniam primam poſſideret, reqve publica more aliarum Germaniae gentium in regni formam deſcripta tranqville perfrueretur.

a. *Uſu veteri et Romano locum et res deſcribo: locum, dum in Saxonia ſuperiori ſcribens, cis Rhenum Germaniam primam colloco: res, dum partitionem Germaniae in I. et II. ab Auguſto factam expendo. Siqvando enim Romani veteres, ſive idolorum, ſive vero Dei cultui dediti Germanias appellant, ſemper cis-rhenanam ſuperiorem et inferiorem, ſive I. et II. intelligunt, * non transrhenanam, ſive barbaricam, unde Burgundiones noſtri advenerunt. Qvare Salvianus commode explicandus eſt, qvum tradit, gentem Vandalorum, qvorum nomine etiam Burgundiones continentur,* primum de ſolo patrio effuſam eſſe in Germaniam primam, nomine barbaram, ditione Romanam, *de gubernatione Dei lib. VII. p. 265. edit. Rittershuſ. Ubi Maſſilienſis ſacerdos Vandalorum profectionem ſic deſcribit, ut ad rationes hiſtoriam migrationum definientes accommodate convenienterqve intelligatur. Nempe hoc ſenſu, ut intervalla recte conſtituantur, et profectio in Germaniam primam de ſolo patrio poſt diſceſſum a ſinu Codano et Albis finibus, circa Moenum qvaeſito intelligatur: inde enim nuper emigraverant in Germaniam primam, in qva etiam Salviani aevo adhuc conſiſtebant. Qvae interpretandi ratio etiam adhibenda eſt, qvum Procopius ſcribit, Vandalos circa Moeotidem conſediſſe, atqve hinc in Germanos, qvi Franci nominantur, irruiſſe, lib. 1. de bello Vandalico. Non qvia putet, primas ſuas ſedes ibi habuiſſe, atqve hinc in Germaniam exiiſſe, qvandoqvidem non Germanorum, ſed Sarmatarum Scytharumqve Europaeorum antiqviſſima haec patria, primaqve ſedes fuit: ſed qvia pars Vandalorum, qvi ab ſinu Coda-*

** Sic Franco-Tungria, cuius meminit Gregorius Turonenſis, pertinent ad Germaniam cisrhenanam. Similiter Ripuaria Germaniae II. pars fuit. Utramqve Germaniam adminiſtrarit primus Vicarius praefecti praetorio Galliarum, ut neminem antiqvitatis peritum fugit.*

*Codano oſtiisqve Viſtulae profecti, ad paludem Moeotidem remanſerant, tunc commovere ſe, egrediqve longis itineribus, et Francos poſt invadere coeperunt. Anile autem commentum eſt de Francis, qvod qvinto decimo ſeculo ſecutus eſt Petrus de Andlo, qvaſi hi illinc exiiſſent, qvi paludes Gledro-Belgicas, unde Franci progreſſi ſunt, cum Moeotidis paludibus confudit, lib.I. de Imp. Romano cap.15. Iis autem in locis non conſtiterunt Burgundiones, altera pars Vandalorum, ſed magis verſus meridiem, atqve hinc magis verſus Occidentem proceſſerunt. Qvod autem Vandalos univerſe ſumtos non intelligat Procopius, vel ex eius libro 1. de bello Gothorum liqvet, ubi Burgundiones Vandalicae gentis populos, Thuringis finitimos ponit, ſitumqve locorum, prout qvidem eo tempore erat, deſcribit. Qvid autem fuerit, qvod Salvianus nullam Burgundici nominis mentionem fecerit, cauſa in expedito eſt, qvod toto illo tempore, qvo is in ſcribendos de gubernatione Dei libros incubuit, Burgundiones fracti conqvieſcebant. Omnino tamen ab eius ſententia* non eſt alienum, *et migrationum argumentis congruit, ſi per Vandalos, qvorum ad ſuperiora reſpiciens meminit, etiam Burgundiones denotentur. Nam confectae rationes ſunt de profectione Burgundionum in Germaniam I. V. Proſper Aqvitanus ad A. CCCCXIV. ex eoqve Caſſiodorus in Chron. ſub tempus Honorii et Theodoſii II. atqve ex hoc iterum Hermannus Contractus in Chron. Nicolaus Vignierius in Chron. rer. Burg. ad an. 413.*

II. Verum Burgundiones data cis Rhenum habitandi facultate, proximos Belgas laceſſiverunt, finesqve eorum magna vi, nec ſine contumelia Romani nominis, qvod propter pactionem cum Honorio initam comiter haberi oportuit, infeſtarunt: qvae res ita commovit Aetium, Romanae militiae praefectum, ut Francos Hunnosqve in ipſorum perniciem excitaret, nec multo poſt ipſe ſigna cum iis conferret. Per id tempus rex Burgundionum erat Gundicarius, mali auctor conſilii, qvo tota eius gentis fortuna commutata eſt, qvum Aetius ſuperatis, qvas hoſtis objecerat, difficultatibus, totum prope ejus exercitum delevit: rex eo redactus, cum pro rerum neceſſitate, aliter non poſſet, pa-

paçem petiit atqve impetravit. Qvae calamitas hanc utilitatem ipſis conciliavit, ut è Germania I. excedere juſſi, * in Sabaudiam habitandi cauſa deducerentur, ſiqvidem id ratio prudentiae ſvadebat, ut procul Rheno collocatis, novandi occaſio praeriperetur, ne, ſi in eo limite conſiſterent cum Romanorum hoſtibus ſeſe opportunius conjungerent, bellumqve conflarent. Hac via ad Rhodanum Ararimqve progreſſi, conſilia praeſenti fortunae accommodarunt, atqve animos ad venerationem Imperatorum magis inclinarunt, praeſertim qvùm nova transalpini imperii ſedes Arelati conſtituta erat, [b] unde ex propinqvo obſervari poterat qvid agerent, qvidvè molirentur.

* A. CDXL.

b. *Arelatum nova regni transalpini ſedes pariter atqve metro-*
*polis ſeptem Galliae Narbonenſis et Aqvitanicae provinciarum facta*
*eſt, crevitqve admodum, èt augere amplitudinem, efferreqve ſuper omnes*
*Galliae dioeceſes caput, primatumqve affectare ſummo ſtudio conatuqve*
*coepit. Qvod ſicut Ecclaeſiae inutile fuit ita docet, Honorium graviter*
*erraſſe, qvippe qvi cum melioribus conſiliis imperium adminiſtrare*
*potuiſſet tùm ſede imperii Arelatum translata, partim irruptionibus*
*barbarorum, partim aemulationibus epiſcoporum occaſionem dedit.*
*Nec multo poſt à Valentiniano III. reſpublica magis afflicta eſt, qvum*
*Vandalis Africa, Rom. imperii horreum permitteretur, totumqve ad-*
*eò ejus robur pernicioſo exemplo, et majori periculo debilitaretur.*
*V. Proſper Aqvitanus inChron. ad ann. 438. Procopius de bello Van-*
*dal. 3. Fl. Blondus de inclinat. imper. lib. 2. De Arelato videantur Ha-*
*drianus Valeſius, eximius rerum Gallicarum ſcriptor, iacobus Sirmon-*
*dus in Sidonium p. 244. Chriſtophorus Browerus annal. Trevir. t. 1. p. 280.*
*Aeg. Bucherius Belg. Ro. l. XV. c. 1. Nihil vero certum definitumqve afferri pot-*
*eſt, qvamobrem Lugdunenſes V. a metropolitana Arelatenſi liberae immu-*
*nesqve fuerint, adeo ut etiam fateatur Bucherius, eius rei nullam ab ſe*
*reddi poſſe rationem. Alioqvi Romani Pontifices maxime ſtudebant di-*
*gnitati eccleſiae Arelatenſis, ornatamqve patrocinio adiuvabant, ut ſe ex-*
*tolleret altius, nec obſcure etiam Lugdunenſi ſeſe anteferret. Prima in-*
*ter utrasqve eccleſias aemulatio prorupit, cum Taurinenſe concilium ha-*

 *bere-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0023-7

*beretur, cujus acta comprobant, pro Arelatenſi fuiſſe pronunciatum. Conf Baronius annal. eccleſiaſt. ad an. 397. M. L. Bail ſum. Concil. prov. Sec. IV. p. 96. Eam ob cauſam Zoſimus Ro. Pontifex conſtituit, ut Metropolitanus Arelatenſis in praecipuo loco numeroqve eſſet.* iuſſimus, *inqvit,* praecipuam, ſicuti ſemper habuit Metropolitanus Epiſcopus Arelatenſium civitatis in ordinandis ſacerdotibus teneat auctoritatem, Viennenſem, Narbonenſem primam, et Narbonenſem Secundam, Provincias ad Pontificium ſuum (*iurisdictionem metropolitanam*) revocet. *Qvae Zoſimi Epiſtola reſpicit ſuperiora Concilii Taurinenſis acta, et eccleſiam Narbonenſem ante hac Maſſilienſi attributam, Arelatenſi nunc obnoxiam reddit, et qvantum ad hoc caput conſtituta anteriora reſcindit, inprimisqve Arelatenſis eccleſiae rationem ducit. Eo legatur Baronius in praedictis Annal. eccleſ. ad an. 417. Qvo Zoſimi ſucceſſorumqve ejus in Arelaten ſtudio aemulationes Galliae Antiſtitum non ſedatae; ſed magis magisqve auctae ſunt, praeſertim qvum Leo magnus Ro. Pontificis dignitate fungebatur, cauſaqve Chelidonii Veſontini epiſcopi diſceptabatur. Eo enim tempore Metropolitanus Arelatenſis Hilarius titulum Primatis ſibi aſſerebat, acerbiusqve in Chelidonium conſulebat: ſed eum ponderatis controverſiae argumentis abſolvit Leo Rom. Pontifex, atqve Hilarium ob nimium rigorem palam aperteqve reprehendit. Fuit autem hoc ejusmodi, ut iam cauſam qvalicunqve coniectura aſſeqvi mihi videar, qvamobrem Hilario detractum fuerit ius in provinciam Viennenſem, prout nonnullorum ſententia eſt, qvam adduxit, nec improbavit Bailius addit. ad ſummam Concil. Gall. p. 519. Nec ego tam audax ſim, ut rerum non ſatis ad liqvidum perductarum rationes cauſasqve certas invenire, aut mea qvidem opinione conſtituere nunc velim. Qvid vero fuerit, qvod Belgicae IV. non adjungerentur, diſqvirunt alii, et in conjectura acqvieſcunt, qvam eo minus aſpernor, qvia in Auſtraſiae finibus, qvibus ex inſtituto priſcorum Germaniae regum comprehenditur Belgium, illud ſacrum IV. Belgicarum ius relictum, ac vel ad Mediomatrices vel ad Sueſſiones translatum veroſimiliter exiſtimari poteſt. Sive autem ab eo tempore, qvo translatum eſt, haeſerit in Belgica I. apud Mediomatrices, ſive in Belgica II. apud Sueſſiones, tamen ultro libenterqve confiteor Eccleſiam Trevirenſem matrem fuiſſe omnium Galliae eccleſiarum, ac antiqvitate praeſtare eccleſiis Germaniae I. et Germaniae II. id eſt, Moguntiacenſi et Agrippinenſi,*

*nec*

*nec abſurde dici, Trevirorum Archiepiſcopos velut Galliae Patriarchas extitiſſe. Atqve eam ſane ob cauſam Theodoretus Paulinum Archiepiſcopum Trevirenſem per qvandam loqvendi eminentiam appellavit,* Metropolitanum Galliarum *lib. II. Hiſt. Eccl. cap. 15. Sed redimus ad Arelaten qvam* Gallulam Romam *dixit Auſonius, qvae exciſa à barbaris Trevirorum urbe, in maius evecta faſtigium, VII. provinciarum metropolis, et ſedes domiciliumqve Praefectorum praetorio evaſit. Age vero ea, qvae ad hoc inſtitutum pertinent, ex ipſis Honorii Theodoſiiqve II. Tabulis, anno C. CCCCXIIX. confectis deſumta hic inſeram, ut cauſae, qvae Auguſtos ad transferendam ex urbe Trevirenſi ſedem adduxerunt, manifeſtius intelligantur.* Honorius et Theodoſius Auguſti V. I.* Agricolae Praefecto Galliarum. Saluberrima magnificentiae tuae ſuggeſtione inter reliqvas Reipublicae utilitates evidenter inſtructi, obſervanda Provincialibus noſtris, id eſt, per ſeptem Provincias manſura in aevum proſperitate decernimus, qvod ſperari plane ab ipſis Provincialibus debuiſſet. Nam cum propter privatas ac publicas neceſſitates, de ſingulis civitatibus, non ſolum de provinciis ſingulis, ad examen magnificentiae tuae vel honoratos confluere, vel mitti legatos, aut poſſeſſorum utilitas, aut publicarum ratio exigit functionum: maxime opportunum et conducibile judicamus, ut ſervata poſthac annis ſingulis conſuetudine conſtituto tempore in metropolitana, id eſt, Arelatenſium urbe, incipiant ſeptem Provinciae habere concilium, in qvo plane tam ſingulis, qvam omnibus in commune conſulimus. Primum ut Optimatum conventu ſub illuſtri praeſentia Praefecturae, ſi id tamen ratio publicae diſpoſitionis obtulerit, ſaluberrima de ſingulis rebus poſſint eſſe conſilia. Tum qvicqvid tractatum fuerit, et diſcuſſis ratiociniis conſtitutum, nec latere provincias poterit, et parem neceſſe eſt inter abſentes aeqvitatis formam iuſtitiaeqve ſervari. Ac plane praeter neceſſitates publicas, etiam humanae ipſi converſationi non parum credimus

mus

* *Viro Illuſtri. Nam Praefecti Praetorio dicti ſunt inluſtres, lib. 6. C. Theodoſ. de annon. et trib. Dio* ἔπαρχον, *Eutropii metaphraſtes* ὕπαρχον *extulit Praetorio praefectum. Seqviori tamen aevo Francorum Reges hunc titulum ſumſerunt, ut Clotharius Franco-Merovingus A. DCLXII. Mir. not. Eccleſ. Belg. cap. 6. Anno poſt 724. Theodericus Francorum Rex Luitfridem Alemannorum Ducem* Illuſtrem *appellavit, apud Coccium in Dagob. pag. 56.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0025-8

mus commoditatis accedere, qvod in Conſtantina * urbe jubemus annis ſingulis eſſe Concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta eſt copia commerciorum, tanta illic freqventia commeantium, ut qvicqvid uſqvam naſcitur, illic commodius diſtrahatur. Neqve enim ulla provincia ita peculiari fructus ſui felicitate laetatur, ut non haec propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe foecunditas. Qvicqvid enim dives Oriens, qvicqvid adoratus Arabs, qvicqvid delicatus Aſſyrius, qvod Africa fertilis, qvod ſpecioſa Hiſpania, qvod fortis Gallia poteſt habere praeclarum, ita illic affatim exuberat, qvaſi ibi naſcantur omnia, qvae ubiqve conſtat eſſe magnifica. Iam vero decurſus Rhodani, et Tyrrheni recurſus, neceſſe eſt, ut vicinum faciant ac paene conterminum, vel qvod iſte praeterfluit, vel ille, qvod circuit. Cum ergo ſerviat huic civitati, qvicqvid habet terra praecipuum, ad hanc remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur, qvicqvid ſingulis naſcitur: qvomodo non multum ſibi Galliae noſtrae praeſtitum credant, cum in ea civitate praecipiamus eſſe conventum, in qva divino qvodammodo munere, commoditatum et commerciorum opportunitas tanta praeſtatur? Siqvidem hoc rationabili plane probatoqve conſilio iam et Vir Illuſtris Praefectus Petronius ** obſervari debere praeceperat. Qvod interpolatum, vel incuria temporum, vel deſidia Tyran-

* *Ita a Conſtantino tyranno, qvem tempore Honorii Britannicae legiones Imperatorem ſalutaverunt, appellatam fuiſſe, docet Ioſephus Scaliger in not. ad Auſonium. In eo tamen errat, nec melius docet, qvum hanc Augg. conſtitutionem eidem tyranno adſcribit, cuius copiam ei fecerat doctiſſimus Gallorum Fr. Roaldus. Nuſqvam tamen in iure Romano hoc nomine dicta occurrit: Arelaten autem legere licet in C. Iuſtinianeo l. 2. de cond. in publ. horr. et C. Theodoſiano l. 2. de diverſ. offic. etſi eruditiſſimus Iacobus Gothofredi Arelapen, Norici civitatem, ibi legendam putat, in proſopographia codicis Theodoſ. p. 411.*

** *Hic Petronius A. CCCCVI. cum Arcadio, Honorii fratre, Cos. fuit. Diſſentit Panvinius, et pro Petronio Anicium Probum adducit. Contra Calviſius uno nomine Sex. Anicium Petronium Probum appellat, recte, an ſecus, nunc non diſqviro, Chronol. an. Chr. 406.*

rannorum, reparari ſolita auctoritate decernimus, Agricola Parens** cariſsime atqve amantisſime. Vnde Illuſtris magnificentia tua et hanc praeceptionem noſtram, et priorem ſedis ſuae diſpoſitionem ſecuta, id per ſeptem Provincias in perpetuum faciet cuſtodiri, ut ab Idibus Auguſti, qvibuscunqve mediis diebus, in Idus Septembris, in Arelatenſi urbe moverint honorati vel poſſeſſores, iudices ſingularum provinciarum, annis ſingulis Concilium eſſe ſervandum. Ita ut de Novem populana et Secunda Aqvitania, qvae provinciae longius conſtitutae ſunt, ſi earum iudices certa occupatio tenuerit, ſciant legatos iuxta conſvetudinem eſſe mittendos. Qvo proviſione plurimum et Provincialibus noſtris gratiae nos intelligimus utilitatisqve praeſtare: et Arelatenſi Vrbi, cuius fidei, ſecundum teſtimonia atqve ſuffragia Parentis Patriciiqve noſtri, multa debemus, non parum adiicere nos conſtat ornatui. Sciat autem Magnificentia tua, qvinis auri libris Iudicem *** eſſe multandum, ternis honoratos vel Curiales, qvi ad conſtitutum locum intra definitum tempus venire diſtulerint. Data XV. Kal. Maias. Accepta Arelate X. Kal. Iunias. DD. NN. Honorio duodecimum et Theodoſio octavum Augg. COS. ****

** *Cum ob auctoritatem, qvae regis proxima erat, Herodian. II. tum ob curam et ſolicitudinem, qva parentum vices gerebant, pro Imperatore, apud Caſsiodorum lib. II. et V. unde et Patres imperii dictos conſtat, neqve obſcurum eſt, idem parentis cariſsimi amantisſimiqve elogium Florentino PF. P. attributum fuiſſe.*

*** *Rectorem provinciae, qvo munere perfuncti, honorati dicebantur. Curiales, minor Senatus, Caſsiod. l. VI. formul. 3.*

**** *Reſpondet Annus Chriſti 418. non 328. ut putavit Salmaſius.*

III. Vix ad eam dignitatem pervenerat urbs Arelatenſis, qvum Gothi eius dignitatem ſplendoremqve, detractis duabus provinciis, imminuerunt, et acceptis in fidem Aqvitania II. ac Novem populana, [c] Arelatum uſqve proceſſerunt, urbem occupaturi, niſi eam liberaſſet Aetius, hoſtesqve ab incepto avertiſſet. Nondum vero tunc Burgundionum populus res novare auſus, in praeſenti libertate acqvieſcebat, viribusqve ſuis et conſiliis tamdiu innitebatur, donec humana induſtria nihil reliqvi faceret, calamitasqve alia poſt aliam emergeret, ut aſsiduis Hunnorum incurſionibus fracti, aegre hoſtibus reſiſterent, parumqve abeſſet, qvin omnes ſimul

opprimerentur. Itaqve ad Deum verſi, Chriſti ſacra amplectuntur:[d] nec multo poſt meliori ſucceſſu confirmati, felicius ſe tuentur: mox, repreſſa Hunnorum crudelitate, rurſus aliena appetunt, bellumqve faciunt, ac more hominum, qvi nunqvam contra fortunam ſatis cauti ſunt, rebus proſperis inſoleſcunt, culpaqve ſua in novas atqve maximas difficultates incurrunt, finesqve Romanae ditionis perturbant. Qvibus occurrit Aetius, vir uſu belli peritus et prudens, cauſaeqve ſuſceptae iuſtitia nixus, ſigna infert, acieqve congreſſus, Gundicarium Burgundionum regem vincit, nec adverſatur petenti pacem. Iamqve iterum in tuto collocatus erat Gundicarius, niſi immanis Hunnorum audacia prorupiſſet, fortunamqve Burgundionum prorſus convertiſſet. Ita enim fit ſaepe, ut qvos primo accendit cupiditas, in maiores deinde moleſtias incidant, pluribusqve periculis ſe obiiciant, certaqve pacis bona incertis et infelicibus bellis permutent, perdantqve ea, qvae novis acceſſionibus ampliora reddere cupiebant.

c. *Novempopulana dicitur etiam Aqvitania Tertia, ſive Viennenſis Octava, qvae pariter atqve Aqvitania Secunda longius Arelato diſtabant, qvarum mentio ſit in Notitia Imperii, qvae poſt adductam modo Augg. conſtitutionem, aliqvot poſt annis certe facta promulgataqve eſt, illis nempe temporibus, qvibus omnia Romanorum in peius ibant, etſi annus tam exqviſite definiri non poteſt.* Illud vero certioribus documentis confectum eſt, qvod ius metropolitanum urbis Arelatenſis non ſit ita recens, ut*

* *Ab Arcadio et Honorio digeſtam putat Frid. Spanhemius introd. ad Geogr. ſacr. p. 180. Certe autem fatendum eſt, eam ab exceſſu Honorii in lucem exiviſſe. Veroſimiliter iudicare licet, annis minimum XX. (multi enim XLII. computant) poſt conſtitutionem ſuper metropolitana Vrbis Arelatenſis dignitate latam prodiiſſe, id eſt, vel anno CCCCXXXIIX. vel CCCCL. adiectis puta 20. aut iuxta aliorum rationes 32. annis ad A. C. 418. Conſ. Amelot examen de la liberte Originaire de Veniſe p. 6.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0028-5

*ut putavit Ioſephus Scaliger, in ep. CCCXLV. ad Carolum Labbaeum. Prorſus enim extra controverſiam eſt anno CCCCXIIX. publica Augg. ſanctione Arelaten dignitate metropolitana fuiſſe ornatam, multasqve lites cum eccleſia Viennenſi habuiſſe. Qvare non eſt, cur Scaligero in re minime dubia planeqve explorata aſſentiamur, qvando neminem fugit, iam qvinto a N. C. ſeculo fuiſſe metropolin, et priusqvam ab Honorio et Theodoſio nova honoris acceſſione amplior reddita eſt, titulo eccleſiae metropolitanae praeditam fuiſſe, ut epiſtolae pontificum ante annum CCCCXIIX. emiſſae teſtantur. Omnium primo autem conſtitutione imperatoria tam munifice auctam inſignitamq́;, attributis ei ſeptem provinciis, maiorem ſplendorem obtinuiſſe. Deceptus ergo Ioſephus Scaliger eſt, qvum in prædicta epiſtola affirmat,* ſibi Aqvis Sextiis commoranti notitiam Epiſcopatuum Galliae, qvae ante CCC. annos ſcripta fuerit, oſtenſam, in qva adhuc Arelatenſis Praeſul non Archiepiſcopus, ſed Epiſcopus ſub metropolita Viennenſi cenſeretur. *Sed in qvam notam inciderit vir doctiſſimus, haud eqvidem ſcio: Illud vero affirmare poſſum, in eccleſiae antiqvitatibus eum non ſemel lapſum, praeſertim hoc loco, ubi ex Taurinenſis Concilii actis ſcire potuit, iam tum IV. ſeculo Arelatenſem et Viennenſem eccleſias de primatu contendiſſe. Aubertus Miraeus in parte huius antiqvitatis lectorem delegat ad epiſtolam Scaligeri allatam, atqve adeo in notitia Epiſcopatuum lib. 5. p. 246. At ſatis ſuperqve indicavi, qvamobrem a Scaligero, cuius meritis alioqvi multum tribuo, nunc omnino ſit diſcedendum. Iohannes Strauchius ICTUS, vir in hoc ſtudiorum genere diligenter verſatus, exiſtimat,* de re qvidem inter omnes conſtare, de tempore non item. Qvamvis igitur, *pergit,* certum terminum firmiter invenire non valeamus, longe tamen antiqvius metropolitanum ius Arelatenſis Antiſtitis, qvam a Ioſepho Scaligero aſſeritur, *in Diſſertatione de regno Arelatenſi, §. XX. Sed uti recte emendavit Scaligerum, ita ſine cauſa de initio translatae Arelaten metropolitanae dignitatis dubitavit, qvando in Conſtitutione Augg. Honorii et Theodoſii iunioris adiumentum ad eruendam huius temporis epocham invenire potuit, ſiqvidem de origine iuris metropolitani ſanctione legis imperatoriae conſtituti qvaeſtio eſt, cuius annum argumento COSS. ſignavi. Simul hic curſim obſervo, in veteri qvodam aevi Carolini Codice, in qvo metropoles deſcriptae ſunt, Arelaten qvoqve cum ſuffraganeis, ut vocantur, eccleſiis nominari ſeqventibus verbis.*

Metropolis Civitas Aralas.
Civitas Maſſilia.
Civitas Avennicus. *
Civitas Cabellicus. **

*Illud deniqve addo, Conſtitutionem Augg. paulo ante memoratam Fl. Conſtantino Imp. perperam a Thoma Lanſio adſcribi, in Orat. pro Gallia pag. mih. 162.*

d. *De hoc capite iam ſupra qvaedam annotavi, niſi qvod Oroſius, qvi A. C. 417. ſcripſit,* commemorat, Burgundiones Chriſto initiatos, Catholicam fidem ſuſcepiſſe, atqve innocenter vixiſſe, lib. 7. cap. 32. Qvo tempore Burgundiones nondum egreſſi in Sabaudiam, cis rhenum habitarunt, moresqve cum ſincera doctrina manſvetudineqve Chriſtiana coniunctos habuerunt, ut ex Oroſio liqvet, qvos poſtea ita immutarunt, ut multa crudeliter geſta ipſis exprobrentur. Socrates, qvi poſt Oroſium ſcripſit, atqve in A. C. 439. deſiit, qvum Burgundiones evaſiſſe Chriſtianos tradit, non ſumit accurratam temporum notam, qvando initia ſuſceptae a Burgundionibus religionis cum conſulatu Theodoſii XIII. et Valantiniani tertii huius nominis III. coniungit, lib. 7. hiſt. Eccl. cap 30. Nam ſecundum rationes temporum reſpondet Augg. Conſulatui annus Chr. 430. ante qvem diu Chriſtianos ſe profeſſi erant Burgundiones. Sethus Claviſius cum COSS. Fl. Tauro, et Fl. Felice connectit, unde annus 428. conficitur, in oper. Chronol. p. 646. Sed neqve ille annus qvadrat, propterea qvod Oroſius, qvi Burgundiones ad Chriſti ſacra perductos refert, Socratem ſcribendo praeceſſit, annumqve religionis Chriſtianae Burgundionum 413. reſpexit, qvo poſteriorem computavit Socrates, rationesqve ſex et viginti annorum intervallo ab*

**Marcellinus Comes A. 416. ponit.*

* *Hodie Avenio, ſed mutavit ſtatum, atqve evaſit civitas metropolitana, cui non eſt obnoxius Epiſcopus Arauſionenſis, ut qvidam tradunt, ſed metropolitani Arelatenſis ſuffraganeus eſt, cumqve eo epiſcopus Maſſilienſis, Tricaſtinenſis et Tolonenſis iuri metropolitano Arelatenſis ſunt ſubiecti. V. A. Miraeus Notit. epiſcopatuum lib. 5. p. 246. et de ſtatu relig. Chriſtian. l. 1. cap. 23.*

** *Non Capillonenſis, ut in antiqvo codice metropoleon ſcribitur, qvae ad primam provinciam Lugdunenſem, tanqvam matricem ſuam refertur, eandemqve hodierno die in hoc loco numeroqve habet. Cabellicus autem nunc ad metropolin Avenionenſem pertinet.*

*ab Oroſiana computatione diverſas inivit. Nec ſatis facit Iacobus Maſenius, qvum allatum Socratis locum ſine Chronologiae ſubſidiis interpretatur, not. et additament. ad t. 1. Chriſt Brovver annal. Trevir. p. 591. Neqve hanc difficultatem explicavit Ioannes Stumphius, cum, qvod nos paulo ante ex Socrate, is in eandem ſententiam ex hiſtoria Tripartita adduxit, in Chron. Helvet. lib. 3. cap. 51. Multo rectius hac de re ſtatuit Io. Gabr. Biſciola epit. annal. eccleſiaſt. ad an. 431. unde corrigendi ſunt, qvi neqve reſpiciunt Oroſium, qvi imperante Honorio, neqve ſeqvuntur Socratem, qvi rerum potiente Valentiniano III. hiſtoriam conſignavit, inter qvos iuxta cum aliis eſt Io. Henr. Alſtedius in Chronol. converſ. popul. ad an. Ch. 420. Convenit auten ſibi narratio Oroſiana, et notationi temporis, atqve deſignationi huius eventus per vocabulum* modo *factae ex aſſe qvadrat. Recte enim de Burgundionibus ſcripſit:* Providentia DEI omnes Chriſtiani modo facti, *id eſt, proximis, aut proxime praeteritis annis, et ut ſigillatim exprimam, qvarto anno prius, qvam hiſtoriam condidit Oroſius, qvi ſubductis rationibus provenit 413. qvoniam confectum eſt anno 417. Oroſium ſcripſiſſe. Id vero explicatu difficile non eſt, qvod Oroſius Burgundiones laude affecit, qvum nempe eas vitae rationes inibant, ut iure laudari poſſent. Poſtea autem, qvam cupiditate gloriae proferendiqve imperii mutati ſunt, et reges pleriqve etiam impiam Arii doctrinam amplecti coeperunt, ſuperiores illas laudes amiſerunt, atqve in iuſtam reprehenſionem incurrerunt. Qvamobrem Sidonius Arvernorum epiſcopus eos truces appellavit, viros alioqvi vel ſola proceritate terribiles, eaqve de cauſa* Septipedes *ab eodem nominatos. Tum vel ipſe Oroſius diffiteri non potuit* motum impulſorum a Stilicone Burgundionum, *lib. 7. cap. 38. ex eoqve deſumſit appendicis Eutropianae auctor. Qvin et Hieronymus, qvi A. 420. deceſſit, deqve his Burgundionum motibus in Aſia agens audivit, Burgundiones inter direptores vexatoresqve imperii Romani numeravit, in epiſt. ad Ageruchiam XI. cap. 6. Nec facile qvenqvam fugit, qvam crudeli ingenio eorum reges fuerint, qvi ſaepe etiam in propinqvos ſaevierunt, multaqve indigne fecerunt. Salvianus cum multa de Burguudionum motibus tradit et* haeretici nominis, *qvod ab Arianis acceperunt, Vandalos pariter Gothosqve reos agit, nihil tale qvidem de Burgundionibus ſpeciatim pronunciavit, propterea qvod eo tempore, qvo hiſtoriae ſcribendae vacabat, regnum Burgundionum miſerum proſtratumqve erat.*

e. *Nec tamen hoc eo ſpectat, ut omnes Burgundiones, Burgundio-*

*numqve reges Arianae labe pollutos fuiſſe exiſtimem. Nam multi eorum qvoqve recte de Deo ſenſerunt, et Gundebaudi Ariani Burgundionum regis filius vera emendataqve ſacra amplexus eſt: ſed ut duntaxat oſtendam, eos in univerſum huius labis non fuiſſe expertes: exqvo ſeqvitur, Francorum, qvamlibet poſt Burgundiones ad Chriſti ſacra adductorum, hanc eximiam fuiſſe praerogativam, qvod ſacra ſibi tradita ſine vitio ſineqve noxa tuerentur, multaq́; eorum in eccleſias extarent beneficia, et ampla inſuper opulentaqve Galliae monaſteria ipſis poſſeſſiones luculentosqve reditus acceptos ferrent, v. Ioachimus Vadianus de Colleg. et monaſteriis Galliae veteribus. Sed priuspuam Chriſti ſacra ſuſceperunt, multa ſacerdotia et epiſcopatus Galliae everterunt, et vi rapinisqve foedarunt, Onuphr. Imp. Rom. p. 929. edit. 1558. Diſtigvenda ergo ſunt intervalla A. 406. et 413. Acceperunt autem novos Chriſtianosqve ritus, qvum in Germania I. conſiſterent, opera Severi, Trevirenſium Antiſtitis, qvi ex proxima Belgica I. doctores Burgundionibus ſubmiſit, et ut Beda Anglo-Saxo tradit,* gentibus primae Germaniae verbum Dei praedicavit. *Vnde Socratis locus ſupra allatus apte congruenterqve explicatur, ut civitas Galliae, qvam is nominat, in Gallia Belgica vicina qvaeratur, nec alia, qvam Trevirenſis, intelligatur, cuius Epiſcopus qvoqve innuitur Severus, certe omnium fama tam celebratus, ut Germaniae I. Apoſtolus diceretur. Cumqve idem vaſtitatis Hunnorum per Attilam Gallis allatae non meminerit, eruditi non vanum indicium capiunt, Salvianum octo fere annis ante hanc impreſſionem ab Hunnis factam literis ſuam hiſtoriam mandaſſe.*

IV. Poſtqvam enim Gundicarius Burgundionum rex, magnam adeptus potentiam, beneficia a Romanis accepta, qvae pace amicitiaqve ſervari oportuit, oblivione delevit, mox ambitione ſublatus, bellum ſuperioribus maius periculoſiusqve excitavit, et movere regni ſui terminos, armorumqve fortunam tentare iterum, egrediqve e prima Germania, et penetrare in alienos finos, ac laceſſere Belgas auſus, cum iuſtitiae aeqvitatisqve laudem, tum felicitatem omnem amiſit, Nam Aetius, qva erat prudentia magnitudineqve animi, videbat indignam Imp. Rom. referri gratiam, armaqve tempeſtive arripiebat, et qvod ratio uſqve attulit, gnaviter efficiebat, victoqve

qve ad ultimum Gundicario, Burgundionum reliqviis pacem petentibus aſſentiebatur.[f] Sine dubio enim Burgundionum iſte rex ad totam Galliam Romanis eripiendam ſpectabat, ſi muneri ſuo defuiſſet Aetius, Honorumqve invidia nihil impediviſſet. Nam et hos offendit adulta confirmataqve Burgundionum potentia, et Aetius ea barbarorum diſſidia, ad firmandam Romanorum ſecuritatem adhibens, alios per alios everti cupiebat, Hunnosqve ad bellum Burgundionibus inferendum impellebat, ut diſtrahendo ſingulos, par eſſet univerſis.

f. *Poſt deceſſum Honorii, cum qvo Burgundiones ſuper ſedibus Rheno adiacentibus tranſegerant, ſurgere magis, et creſcere indies, et augere gloriam, ac deinceps mutare ſedes, pactorumqve religionem ex utilitate aeſtimare conati ſunt, regnanteqve poſt Honorium Valentiniano III. nihil non tentarunt, ut in Galliae interiora penetrarent, et regnum nomenqve Burgundicum in Seqvanis ſtabilirent. Itaqve in rebellium numero habiti, qvod pacta convellerent, et bonitate Imp. Rom. abuterentur, paciſqve conditionibus ad comiter habendum imperium latis non ſtarent, diſſolutoqve more violarent, ac ſuperioribus beneficiis ſeſe indignos redderent, maieſtatemqve imperii imminuerent ac labefactarent. Ingenue Idacius, qvi non fuit Mediolanenſis, ut catalogus ſcript. Graec. et Latin. anno 1674. emiſſus habet, ſed Lemicenſis in Gallaecia Epiſcopus, qviqve ab accuratae diligentiae viro Andrea Schotto caſtigatiſſime editus recognitusqve eſt, teſtatur,* motum a Burgundionibus fuiſſe ſuſcitatum. Verba haec ſunt:* Anno X. regni Theodoſii Burgundiones, qvi rebellabant contra Romanos, a duce Aetio ſunt perdomiti. *Affert enim ſimul iuſtam qverendi cauſam, et notat foedum dignumqve rebellione eventum.* Rebellabant, *inqvit, hoc eſt, fidem pacemqve violabant, et aſſignatum ab Honorio limitem rumpebant, ſuperioraqve eius beneficia, qvae ad praeſtanda amicitiae vicinitatiſqve officia apud ipſos collocaverat, maleficiis compenſabant, cauſamqve poſt acceptae ab Aetio cladis ipſi ſibi arceſſebant. Proſper a Ioſepho Scaligero editus, non tam cauſam, ut Idacius, qvam exitum deſcribit, atqve ad an. CCCCXXXVI. ſeqventia tradit.* Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius bello

* *ap. Ioſ. Scaligerum in theſauro temporum pag. 19. Chron. Idac.*

ob-

*Proſper a Ioanne Sichardo Baſileae emiſſus, mendoſe legit, obtinuit, ad annum, ut is qvidem ſupputat, 438.

** ſtylo aevi Franco-Merovingici. V. Fredegarius in epitome Gregorii Turonenſis c.21.

obtrivit, * pacemqve ei ſupplicanti dedit, qva non diu potitus eſt: ſiqvidem illum Hunni cum populo ſuo ac ſtirpe deleverunt. *Nec multo aliter Caſſiodorus, qvi conſulatu Augg. Theodoſii iunioris XV. et Valentiniani tertii huius nominis IV. annum Chriſti 435. ſignavit.* Gundicarium, *inqvit*, Burgundionum regem Aetius bello ſubegit, pacemqve ei reddidit ſupplicanti: qvem non multo poſt Hunni peremerunt. *Conſentit in re, ſed non in anno Proſper Pithoeanus. Idacius qvoqve in Chronicon retulit hunc eventum, et converſum regni Burgundici ſtatum annotavit.* Anno XIII regni Theodoſii ab Aetio duce et magiſtro militum Burgundionum caeſa XX. millia, Gothorum, qvi eis auxiliaverunt **, VIII. caeſa ſunt. *Eqvidem Gothi, prout occaſio et utilitas ferebant, amicitiae et odii conſilia inibant, Burgundionesqve tunc adverſus communem hoſtem iuvabant, nec temere ſuſpicabantur, proſperos Romanorum ſucceſſus regno ſuo eſſe periculoſos, qvam rationem etiam tenebant, attritis Romanorum in occidente rebus, praeſertim qvum Franci invaleſcebant, ut indicant epiſtolae, a Theoderico Oſtrogothorum rege ad Gundobaldum, et Hermenifridum reges ſcriptae, apud Caſſiodorum var. lib. 3. Neqve aliam ſententiam, Theoderico mortuo, amplexi ſunt, Francorumqve contra Graeco-Romanos opem et amicitiam ſolicitarunt: Franci autem commodi ſui memores, hac occaſione Alemannos, ſubiectum hactenus Gothorum ditioni populum, in fidem ſuam acceperunt, regnoqve Alarici VVeſtrogothorum regis occupato, pulſisqve ex tota Gallia Romanis, regnum ſtabile ac perpetuum retinuerunt, Agathias hiſt. lib. 1. Gregorii Turonenſ. excerpta hiſtoria apud Fredegarium Scholaſticum c. 25. et 28. Nempe Aetio indignis modis ſublato, non habuit Romana gens, qvem barbarorum incurſioni velut obicem opponeret, prorſusqve adeo ſuperior armorum felicitas deſiit, Attilaqve, nullo iam reſiſtente, totam fere Europam eſt populatus, Procopius de bello Vandal. lib. 1. Neqve ſit, qvi putet, fortunae duntaxat beneficio res proſperas Aetio eveniſſe, qvando ſatis notum pervulgatumqve eſt, eum conſilio, aſtuqve ſaepius, qvam armis fregiſſe hoſtes, et Hunos, Gothos, Vandalos, Burgundiones, Francos Galloſqve contra ſe invicem concitaſſe, atqve hac arte, qvam recondita prudentia uſusqve illi ſuppeditavit, debilitaſſe ac repreſſiſſe. Qvocirca nemo minus auſpicato minusqve prudenter imperavit, ac Valentinianus III. qvod tam praecipiti conſilio occidendum curavit Aetium, qvoniam eo auctore imperium Occidentis, ab effuſis tot ex Scythia Germaniaqve populis, hucusqve firmarat. Qvo factum eſt demum, ut caeſo A. 455. Valentinia-*

*tiniano III. Francis nemo poſthac reſiſtere poſſet, Burgundisqve a Romanorum armis nihil poſtea metuendum eſſet, Occidentisqve imperium, qvod ab Auguſto inde ſteterat, nunc plane convelleretur.*

V. Dum haec aguntur, Burgundiones, qvi regno, qvod permiſſu Honorii XXIII. annis in Germania I. [g] tenuerant, ſubverſo, novas ſedes in Gallia interiori, qva Seqvani et Aedui iacent, a Valentiniano III. impetrarunt: [h] nec obnitebatur Aetius, qvod de populo nuper bis victo, et rege fortunisqve omnibus ſpoliato iudicabat, non magnum ab eo fore periculum, ſi reliqviae, qvae poſt ſtragem ab Hunnis editam remanſerant, ſervatae alio traducerentur, ut qvae uſui tunc futurae eſſent, ſi afflictis imperii rebus, hoſtes aliena calamitate elati inter ſe committerentur.

g. *Commode exponendi ſunt ſcriptores, qvi dum Galliam memorant, non interiorem illam, qvam Rhodanus Ararisqve irrigant, ſed Rheno coniunctam intelligunt. Nicolaus Vignierius provincias Rheno propinqvas ſic explicat, ut per eas Burgundiam minorem denotari velit, Chron. Burg. p. 8. Qvae ſententia multas ob cauſas mihi non probatur 1. qvia* pars Galliarum propinqva Rheno *uſu Proſperi ſignificat Germaniam ſuperiorem et inferiorem citra Rhenum, atqve hac adiectione a Gallia interiori diſtingvitur. 2. Declaratur id argumento Galliae Francis ceſſae, poſteaqve ab Aetio recuperatae, qvae cum Rheno propinqva fuerit, nulla alia intelligi poteſt, qvam Cisrhenana inferior, ut e contrario ea, qvae Burgundionibus data conceſſaqve eſt, Cisrhenana ſuperior fuit. V. Proſper ad an. 429. collat. an. 414. 3. In eandem ſententiam Proſperum explicat Caſſiodorus in Chron. ſub conſulatum Augg. Honorii IX. et Theodoſii iunioris V. ubi qvam Rheno propinqvam Proſper, eam Caſſiodorus Rheno coniunctam, id eſt, Rhenanam vocat. Enimvero extra omnem dubitationem eſt, Burgundiones anno 413. vel ut alii numerant, anno 414. Germaniam primam, ſive Cisrhenanam ſuperiorem ab Honorio poſſidendam accepiſſe. 4. Sidonii illorum temporum ſcriptoris,* Burgundionem preſſiſſe Belgam, *in Aviti Panegyrico affirmantis, interpretatio huic inſtituto eſt conſentanea, propterea qvod ex Germania I. proxima expeditiſſimaqve via eſt in Galliam Belgicam I. 5. Ratio ducenda eſt muneris Severi Germaniae I. Apoſtoli, qvod non inter Seqvanos et Aeduos, ſed inter*

*Germaniae I. populos ad verum patefactumqve Deum revocandos ſuſcepit et perfecit, ut ex Beda ſcriptore perantiqvo et probo doceri poteſt. 6. Nec adverſatur locus Socratis, Burgundiones trans rhenum collocantis, non qvaſi non ſedes cis rhenum iam tum obtinuerint, ſed qvia utcunqve aliqvid ex ora transrhenanae Germaniae adhuc tenuerunt, prioresqve ſedes ibi habuerunt. Per ſe alioqvi manifeſtum eſt, Galliae Seqvanicae iſtum ipſum locum minime convenire. 7. Abſurdum, et regulis Romanorum prudentiae, adverſum eſt, qvod populum Burgundicum tunc adhuc viribus et fortuna florentem in penitiores Galliae partes recipere, qvaſiqve in ſinu imperii transalpini fovere voluerit, qvippe qvod a ratione atqve uſu Romanorum maxime ſemper alienum fuit. Summatim non video, qvemadmodum regiones apud Rhenum, de iis, qvae apud Rhodanum Ararimqve iacent, vel veroſimili interpretationis hiſtoricae argumento dici explicarive poſſint.*

h. *Conceſſae, non occupatae: cuius ſuſcepti a Valentiniano conſilii haec ratio fuit, qvod pertimeſcendum eſſet, ne, ſi prorſus deſtituerentur, foedere ſe coniungerent transrhenanis, viribusqve poſtea refectis, inflammati magis exardeſcerent, parvaqve ex ſcintilla maius incendium excitarent. Qvod ne eveniret, ab his ſeiungendos duxit, ut recepti in penitiores Galliae partes, fidem amicitiamqve imp. arctius devincirent, et, ubi opus eſſet, contra externos hoſtes iuvarent. Enimvero Aetius, qvi dividere populorum ſtudia, uſus pariter et rerum praeteritarum eventu docebatur, ſine dubio huius ſententiae auctor fuit, ut qvia in univerſum excindi non poſſent, a reliqvis transrhenanis in perpetuum divellerentur. Cum enim Stilico, vafro ingenio Vandalus, perfide eos ad invadendum imperium concitaſſet, non potuit aliter Honorius, qvin ad ſananda imperii vulnera pacem pariterqve novas ſedes cis rhenum eis concederet, ne horum motus ceteris reipublicae hoſtibus novas vires alimentaqve daret. Melius contra Aetius ſenſit, rectiusqve ſvaſit, ut reſtincta ſopitaqve victricibus ſuis armis audacia, recenti nunc qvoqve victa beneficio inpoſterum conqvieſceret, populusqve is Romanorum fidei et amicitiae ſe permitteret, totumqve daret. Hoc magis, qvod aliqvoties magnum honeſtumqve fructum cepiſſe ſe, animo tenebat. Saepe nominatus Vignierius non multum abit, qvum exiſtimat, Aetium, cur remitteret Burgundionibus iniurias, ſpe auxilii contra Francos ferendi inductum fuiſſe, Chron. p. 11. Contra alii putant, maius eius rei momentum fuiſſe in iuſto metu, ne ad transrhenanos ſe adiungerent, collectisqve*

*qve deinceps viribus, vehementius commoverentur. V. Bucherius p. 492. Praeſertim cum eo tempore denuo inſurgerent Franci, Galliamqve peterent, et Treviros praecipue vaſtarent. Vid. Stumphius Chron. Helvet. lib. 4. cap. 25. Qvae eſt qvarta illa et fatalis Auguſtae Trevirorum everſio, qvam prudens et religioſus Maſſiliae ſacerdos graviter annotavit.* Non agitur, *inqvit,* Treverorum urbe excellentiſſima, ſed qvia qvadruplici eſt everſione proſtrata, *de gubernatione Dei lib. 6. p. 211. Reſpicit morem ſcenicum tunc temporis in Gallia paſſim receptum freqventiſſimumqve, adeo ut Chriſtiani homines a ſacris ſeſe abſtrahi ad ludos qvam ſaepiſſime paterentur. Nunc vero rebus Francorum irruptione converſis, non id agi apud Treviros, eo qvod exciſa, nil niſi vaſtam ſolitudinem oſtendat. Eodemqve libro notat Romanos, ſua culpa in tantas difficultates delapſos, ut ſpecie munerum tributa Francis penderent, qvod cum obſcuraret Rom. imperii gloriam, Aetius inſtauratis ductu ſuo rebus, omnes vires conſiliaqve ad Francos depellendos convertit, et Burgundionibus etiam ad perſiciendum inceptum uti voluit, ſi perſeqvi belli viam, invidiamqve effugere, et vitam contra inſidias et odia ſuorum firmam ſervare potuiſſet.*

# *CAPVT III.*

## *De*

## BVRGVNDIA SEQVANICA, SIVE REGNO BVRGVNDIAE VETERI.

### I.

POſt has fortunae viciſſitudines, Romani Burgundionibns benigne acceptis, opportunam commodamqve habitandi rationem commonſtrarunt, et agros apud Ararim Rhodanumqve opimos atqve fertiles addixerunt, tamq; liberales utilitatis publicae cauſa ſe praebueruut, ut cum intelligerent, qvod commodum qvive honor eis tribueretur, tum aeſtimarent, hunc datum eſſe referendae gratiae locum, ut, ſi qva poſtularet occaſio, utilem imperio operam navarent. Nihil recuſabant Burgundiones, praeſentiqve fortunae ſe accommodabant,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0037-5

parati ad id genus beneficii accipiendum, qvod inclinatis bello rebus nullum auſpicatius praeſidium afferri potuiſſet, et laetior, atqve ſperaſſent, ſuperiorum rerum exitus fuiſſet. Itaqve promtis paratisqve ad vertendum ſolum animis iter ad Seqvanos faciunt, remqve publicam condunt, et novis legibus inſtitutisqve ornant, et priora damna cum novis emolumentis commutant, priſtinasqve calamitates obliti, cum regno iam inſtituto nomen qvoqve Burgundiae iis in oris auſpicantur. a

a. *Annorum recte partienda ſunt intervalla, in re praeſertim obſcura, multisqve difficultatibus impedita, cum ſaepe ſcriptorum inopia, interdum et diſſenſio eſt, nec ſine labore et taedio qvaedam perqviruntur, niſi eorum rationes apte congruenterqve colliguntur. Proinde ut a notis numerisqve temporum ordiar, Burgundiones poſt commotos anno CCCCVI. * Vandalos, qvorum fortunam prope perditam Alani, poſtea Burgundionibus coniuncti ſuſtentarunt, anno CCCCXI. et CCCCXII. ſine dubio adhuc trans rhenum conſiſtebant, eorumqve rex erat Gundicarius, a Stilicone ad invadendos imperii fines incitatus, qvi Iovino tyrannidem occupanti ſtudium operamqve attulit, occaſionemqve labefactandi Occidentis imperii arripuit, cauſamqve hanc ſuae qvoqve utilitatis gratia diligenter egit, cum Honorius imp. tam perturbato rerum ſtatu ſive ceſſione provinciarum redimere pacem, ſive earum derelictione omittere bellum cogeretur. Olympiodorus apud Photium ſcribit.* Ἰωβῖνος ἐν Μουνδιακῷ (Μογουντιακῷ *legendum*) τῆς ἑτέρας Γερμανίας κατὰ σπουδὴν Γωὰρ τοῦ ἀλανοῦ, καὶ Γουντιαρίου, ὃς φύλαρχος ἐχρημάτιζε τῶν Βουργουντιόνων, τύραννος ἀνηγορεύθη. ** *Conſentit Renatus Profuturus Frigeridus, cuius fragmentum ſupereſt qvi ſeqventia poſteritatis memoriae ſervavit.* Vix dum, *inqvit,* qvartus obſidio

* *Argumento huius epochae eſt conſulatus Arcadii VI. et Probi, ſed Proſper, qvi apud Scaligerum in theſauro temporum eſt, annum 407. nominat. Marcellinus Comes an. 408.*

** *Iovinus in Moguntiaco* (apud Moguntiacum) *Germaniae alterius* (Cisrhenanae primae) *urbe ſtudio Goaris Alani, et Guntiarii, qvi Praefecti* (Principis) *Bungundionum munus tenebat, tyrannus renunciatus eſt, in excerptis apud Photium p. 183. Vbi nota uſu Graeco-Romanorum* τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον *non denotari nomine* Γερμανίας. *Nec* ἑτέρας Γερμανίας *vocabulo* τὴν κάτω Γερμανίαν *ſed ſuperiorem cis rhenum dicit.* Ὕπαρχον *vocat Guntiarium, qvia regis nomen proprie et per eminentiam ad* τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν *pertinebat.*

ſidionis Conſtantini menſis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuncii veniunt, Iovinum aſſumpſiſſe ornatus regios, et cum Burgundionibus, * Alamannis, Francis, Alanis, omniqve exercitu imminente obſidentibus, ita acceleratis moris, reſerata urbe Conſtantinus deditur, *apud Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 8. conf. Sozomenus lib. 9. hiſt. eccl. c. 13. 14. 15. His turbidis imperii rebus exciti Burgundiones, Honorio imp. cui vis ac potentia huius gentis certe fuit formidabilis, regiones rheno coniunctas in pignus concordiae offerenti libenter conſenſerunt, ac deinde anno CCCCXIII. ** auſpicio ductuqve Gundicarii regnum condiderunt in Germania cisrhenana, qvod conſulatus Fl. Luciani, cuius collega deſtinatus foedo ſupplicio periit, luculenter deſignat. Etſi autem tunc Burgundiones cisrhenanas Germaniae oras incolebant, regemqve habebant, tamen Burgundiae nomen Germaniae primae non indiderunt, neqve antehac Germaniae transrhenanae impoſuerunt, etſi poſtea Franci Burgundionibus a Moeni limite in Germaniam cisrhenanam I. profectis ſucceſſere, nomenqve reliqverunt, qvod ad poſteritatis memoriam transmiſſum hodie durat. Anno autem, ut colligo, CCCCXIII. egreſſis inde Burgundionibus, Franci ex Geldria ſive ultima Batavia oriundi, et irruptionum ſucceſſibus clari, trans rhenum habitarunt, et relictas ad Moenum ſedes, qvas ipſi Septentrionem verſus proxime contingebant, in ſuam ditionem redegerunt, initiumqve hoc Franciae in ſuperiori transrhenana ora, qvae corrupto poſt nomine Franconia dicta eſt, auſpicatiſſime fecerunt. Pars in inferiori trans rhenum limite conſiſtebat, et Germaniae Cisrhenanae II. incumbebat, cuius poſſeſſionem, conſentiente Honorio Imp. A. CCCCXXIIX. *** COSS. Fl. Felice et Fl. Tauro adepta eſt, ac poſt varias deinceps rerum commutationes, rebus proſpere inſtauratis, penetravit in Galliam, ſedeqve potentiae ibi conſtituta, regnum Franco-Gallicum inchoavit.* † Ceterum Burgundiones, ex

* *Tunc adhuc in Germania barbarica, ſive transrhenana degebant.*

** *Proſper apud Scaligerum notat A. 414.*

*** *Proſper apud Scaligerum 429.*



† *De Francis vid. Procopius lib. 1. de bell. Goth. Eorum finitimos vocat Armorichos, qvos vulgo, ſed perperam Arborichos legunt. Fuitqve primus Francorum rex Pharamundus, qvem regnaſſe A. 417. indubitato coeleſtis characteris argumento probat doctiſſimus Gottofr. VVendelinus. Minime vero negari debet, Francos etiam ante Pharamundum habuiſſe reges, ſed primum cis rhenum fuiſſe Pharamundum. Nova autem et vera Franco-Galliae epocha conſtituenda eſt in Childerico Merovaei, qvi totam prope Galliam Romanis eripuit, Filio, apud Fr. Hottoman, in Francogallia cap. 5.*

ex qvo Germaniae I. finibus exceſſerunt, ampliusqve regnum animo conceperunt, ſuperatisqve anno CCCCXXXI. Hunnis, * ſtruere ad maiora gradum, et oppugnare ditionis Romanae provincias, pacemqve adeo cum Honorio factam violare coeperunt, iuſſu Valentiniani III. in eos movit Aetius, et anno ** CCCCXXXV. (Proſper vulgaris CCCCXXXVI. nominat,) tractis in ſocietatem Francorum ſtipendiariis, iuſto praelio vicit. Inde pacem ſupplices petunt, nec repudiat conditiones Aetius, poſtulatqve, ut Romani nominis auctoritatem ſeqvantur. Simul res ſtatumqve ſalva eis fore promittit, et in Galliae interiora, ubi Seqvani, Aedui et Allobroges habitant, traducit. Etſi vero alii fere alios annos ſupputant, tamen mea cum pleriqve et temporum ſcientia eximiis viris opinio eſt, Burgundiones ſeptem annis poſt, qvam ab Aetio victi erant, Sabaudiam finitimamqve oram obtinuiſſe, atqve hinc ulterius ad Ararim Galliamqve Lugdunenſem proceſſiſſe, ſed anteqvam eae ſedes attributae ſunt, vires ſuperiores recenti hac clade attritas utcunqve refeciſſe: deinde ipſis fucata licet ex mente Romanorum pace compoſitis superveniſſe Hunnos, belli ſuperioris memoria offenſos, acriusqve ab Aetio ad ultionem ſtimulatos: his igitur rebus praelio utrinqve conſerto, maiorem accepiſſe cladem, regemqve Gundicarium cum ſtirpe pariter et ingenti ſuorum multitudine amiſiſſe: dehinc cum hoſtes † Franci Hunniqve bellum facerent, in Sabaudiam proximumqve agrum, annuente Valentiniano III. tranſiiſſe, nec niſi reliqvias maximi et nuper florentis populi ex ea ſtrage ſuperfuiſſe, qvibus, mora temporis forſan, ad ingenium redituris, coniungendi ſe occaſio cum Francis praeciſa eſt, tempeſtivo ſane conſilio, et metu, qvum futura providentur, non vano. Vix autem ſe collegerant, viresqve conſumtas qvodammodo reparaverant, qvum Attila in eos duxit, et vires ex ſuperiori, qvam Aetius ipſis attulit, clade, reliqvas porro ita confecit, ut poſthac priſtinum robur, priſtinumqve potentiae

* Pontus Heuterus rer. Burgund. lib. 1. ed. Lovan. Vignierius Chr. p. 11.

** Congruit Fra Coſſ. qvam exhibuit Caſſiodorus.

† A. CCCCXLII. qvo ſcribere deſiit Salvianus. Patetqve id, ſi ad annos 435. qvi epocham cladis ab Aetio acceptae denotant, 7. anni adiiciantur, unde epocha tranſitus in Sabaudiam Genevenſemqve agrum conficitur 442. Sunt tamen, qvi A. 443. numerant, annumqve cladis I. Burgundionum 436. aſſumunt, ſeptenniumqve addunt, ut epocham translati ulterius Burgundionum populi componant. Ego autem A. 436. clade Burgundionum ab Hunnis accepta inſignitum puto, alioqvi ſane liqvet, ſcripſiſſe Salvianum ante illatam ab Attila Hunnorum rege vaſtitatem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0040-1

*tiae ſplendorem recipere non poſſent. Vid. Proſper Vulgaris, Euſebii et Hieronymi Chronico ſubiunctus, in qvo legimus, Gundicarium Burgundionum regem, qvem intra Gallias † obtriverat Aetius, pace ab eodem accepta* non diu *eſſe potitum*, ſiqvidem illum Hunni cum populo ſuo ac ſtirpe deleviſſent. *Scripſit*, non diu : *ut vel haec verba indicio eſſe poſſint, Gundicarium regem non modo non interfuiſſe praelio Catalaunico, qvod multi recentiorum tradunt, ſed ne poſteriori qvidem cladi, qvam Aetio reconciliatus, ab Attila, tunc Romanorum amico, acceperat, ſuperfuiſſe ac ſupervixiſſe. Certe ergo A. CCCCXXXVI. caeſus erat Gundicarius, atqve adeo in Sabaudiam, et interioris Galliae regiones minime traductus fuit. Caſſiodorus, qvum in eandem ſententiam ſcribit*, teſtis eſt, *Hunnos* non multo poſt *Gundicarium, de qvo ibi loqvitur*, peremiſſe. Non multo poſt, *inqvit, ut comprobet, non magnum ſpatium inter Aetii Attilaeqve reportatam de Burgundionibus victoriam interceſſiſſe, id eſt, non plus anno, ut aptus congruensqve temporum ordo ſervetur. Idacius, ut pleraqve in eo non ſatis explicata ſunt, de caede Gundicarii nil prodit, et in temporum rationibus ſaepe eſt confuſus. Proſper Pithoeanus magnum affert Proſpero vulgari pondus, et pronunciat*, univerſam pene gentem Burgundionum cum rege per Aetium deletam. *Qvod ita accipi debet, ut rex per Aetium deletus dicatur, qvem per alios delevit, qvando Hunnos concitavit, qvi inqvietum hunc regem tandem deleverunt, populumqve Burgundicum tantum non exciderunt. Hermannus Contractus Comes Veringenſis, qvi anno 1013. natus, anno 1054. mortuus eſt, cum Caſſiodorum ſecutus memorat, victum ab Aetio Gundicarium, tum ſtatim haec ſubiungit:* qvem Hunni poſt peremerunt, *in Chronico ad an. 435. Ita vero habent Codices Vrſtiſianus et Piſtorianus: multum vero diſcrepat codex Caniſi-*

† *Innuit, Gundicarium ſedibus ſuis non contentum ex Germania I. moviſſe, Romanosqve infeſtaſſe, atqve adeo intra Gallias, id eſt, in conatu eas occupandi, ſedesqve propagandi ab Aetio victum, nec diu poſt, nempe anno inter cladem ab Aetio et Attila acceptam elapſo, deletum. Qvo tempore Burgundiones nihildum in Sabaudia, nihilqve inter Araris Rhodaniqve limites vel occupatum, vel a Romanis conceſſum tenuerunt. Hinc ſententiae noſtrae non officit, ſi* intra Gallias *de Galliis non Rheno coniunctis, ſed ulterioribus exponatur.*

*nistanus, et Proſperi, cuius potiſſima hic auctoritas eſt,* * *verba in notatione temporis retinet, et pace ab Aetio conceſſa* non diu potitum *teſtatur. Floruit autem Hermannus noſter, imperante Henrico III. Saliqvo, qvi in ſerie Imperatorum Roman. fuit ſecundus, atqve adeo hunc denotavit Henricus Caniſius, qvum Hermannum ad tempora Henrici imperatoris ſecundi refert, antiq. lect. tom. 1. p. 431.*

* *Perperam autem pro* obtrivit, *ibi legitur* obtinuit, *uti hoc legere etiam libet in ProſperoSichardi. Vid. annot. ſupra.*

II Dum haec fortuna eſt Burgundionum, oppreſſo rege non modo nihil in Romanos moliri, ſed ne ſuis qvidem viribus commoda dignitatemqve priſtinam inſtaurare, remqve publicam a vi et externo imperio defendere potuerunt. Qvare eorum reliqviae ſine rege, ſineqve praeſidio erant, et incertae futuri ſortem ſuam expectabant, facile periturae omnes, niſi Romanis aliunde periculum extitiſſet, qvod certe Burgundionibus ſaluti fuit. Iamqve duo terribiles et validi hoſtes in armis erant, Romanosqve infeſtabant, qvum Burgundiones, qvibus ſive excidium, ſive ſervitus impendebat, foedus externarum gentium circumſpicere ſuſpecti, a Romanis in ſocietatem admittuntur, atqve in ulteriores Galliae regiones transferuntur. Qvibus vero conditionibus id factum ſit, a nemine perſcriptum eſt: id vero dubitatione vacat, resqve ipſa et eventus locuples actorum teſtis declarant, certis ſervandae fidei ferendiqve auxilii conditionibus recte qvidem et prudenter fuiſſe receptos, qvia non erat committendum, ut eo tempore, qvo omnia motibus plena erant, populus iſte, data occaſione nihil non auſurus, ad deſperationem adigeretur. Itaqve poſt deceſſum Gundicarii [b] obliteratam prope ſuperioris regni dignitatem inſtaurant, Romanisqve veteri amicitia et foedere iuncti, fortunae temporumqve difficultates emendant, et aeqvam communemqve libertatem honeſtisſimis inſtitutis tuentur. Atqve haec regni Burgundici, qvod inter Germanica primum religione cultum eſt, qvod-

qvodqve ob nobilitatem gentis nomen ſemper inſigne habuit, laeta auſpicataqve initia fuerunt.

b. *E republica fuit conſilium, qvod propter periculum a vicino metuendum in tempore ſuſceptum eſt, qvod cum res ipſa, tum factorum eventorumqve conſenſus declarat, ut qvum Burgundiones intelligerent, regnum ſe velut precarium a Romanis accepiſſe, his rebus de amicitia et praeſtandis officiis commonerentur, ut perturbato temporum ſtatu ne paterentur a vicinis ſolicitari ſe ad res novas, et nil contra imperii dignitatem facerent, de cetero iure legibusqve ſuis uterentur. Pontus Heuterus, qvi ſcribendis rerum Burgundicarum commentariis multam ſibi laudem comparavit, excepto qvod ultimorum, ſed obſcuritate impeditorum temporum intervalla non recte ſemper diſtinxit, et regnum in cisrhenano limite collocatum cum regno in Araris Rhodaniqve fines traducto, haud idonea Proſperi, et ſcriptorum aetate proximorum interpretatione confudit, duo Romano-Burgundicae transactionis capita enarravit,* I. ut Araris ac Rhodanus Burgundici regni limites manerent. II. Vt † Gundecus Romanis omnibus in bellis Burgundionum auxilia mitteret, *rer. Burgund. lib. 1. Qva ratione ſeqvitur, ut Gundecus primus Burgundiae rex dicatur, qvando id pro vero ſumitur, qvod praeter Heuterum perplures alii de Gundeco affirmant. Gvilelmus Paradinus coepti in Burgundia regni initium a Gundeco, qvem Gondiochum nominat, arceſſit annumqve eius rei 414. ſupputat, annal. lib. 1. Chap. du premier Roy de Bourgogne, nomme Gondiochy. Sed praeterqvam qvod eius Chronologia ſibi non conſtat, res ipſa qvoqve non patitur, ut eam ſententiam amplectamur, qvando ex idoneis probisqve monumentis conſtat, anno 414. Galliam rheno coniunctam Gundiochi fuiſſe ſedem, inde poſtea egreſſum, in fines Ro. imp. incurſiones feciſſe, at bis victum, in poſtrema pugna, qvam cum Hunnis commiſit, cecidiſſe, atqve adeo inſigni temporis intervallo ante aſſignatas Burgundionibus apud Ararim Rhodanumqve ſedes, atqve una ante coeptum Burgundiae nomen, regnumqve ibi*



† *Fredegarii epitome, cuius auctor non eſt Gregorius Turonenſis, ſiqvidem ex Gregorio Turonenſi eam concinnavit Fredegarius Scholaſticus, cap. XI. Gundebandum nominat, qvem Gregorius Turonenſis lib. II. hiſt. cap. XXIIX. Gundeuchum nominavit. P. Diaconus Gundubadum, multi Gundicarium, alii Gundiochum appellant.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0043-8

*conditum, vivere deſiiſſe, et qvod his conſeqvens eſt, illic nunqvam regnaſſe. Et tamen Ioannes Stumphius Chron. Helvet. Gundicarium inter primos Burgundiae reges numeravit Lib. 4. cap. 52. Nicolaus Vignierius † non qvidem diſſimulat incertum eſſe, qvo tempore Gundicarius vivere deſierit, ſed ideo non affirmat, regnum ex Germania cisrhenana in Seqvanos Aeduosqve protuliſſe. Nam ſi Proſperi Caſſiodoriqve teſtimoniis ſtandum eſt, Hunni Gundicarium prius peremerunt, qvam Burgundiones regnum in interiori Gallia condiderunt. Diverſus autem eſt Gundicarius a Gunderico Vandalorum rege, qvi anno CCCCXVI. e vita migravit, ut auctoribus Idacio et Iſidoro conſtat.*

† *Chron. p. 12. At p. 22. ibidem ſumit pro vero, in Clodomaro familiae Gundiochi finem fuiſſe. Qvo poſito, Proſper et Caſſiodorus laxe et* ὑπερβολικῶς *contraqve ſimplex et proprium narrationis hiſtoriae genus interpretandi erunt, niſi Gundicarius a Gundeucho diverſus, atqve adeo ex alia familia oriundus ſtatuatur.*

III. Regum vero, qvi apud Araris Rhodaniqve confluentes potentiae ſedem ſtatuerunt, ſeries ſucceſſioqve per eſt incerta, propterea qvod de Gundicarii genere non idem omnes tradunt, qvum alii id ſublatum prorſus extinctumqve affirmant: alii contra qvaterna ſobole auctum referunt, ſiqvidem Proſperi Gundicarius nomine Gundeuchi a Turonenſe appellatur. Verum qvia Proſper centum annis Gregorio Turonenſe antiqvior, plane ſatis et aperte commemoravit, Gundicarii ſtirpem ab Hunnis exciſam eſſe penitusqve everſam, omnino cauſa eſt, cur exiſtimare liceat, reges Burgundiae ut nunc primum dicti ſunt, ex alia, qvam ex Gundicarii ſtirpe fuiſſe oriundos. Vtcunqve ſit, omnes tandem huius nationis reges nec modum potentiae tenuerunt, et inter ſe commiſſi, Francorumqve aemulationi impares foediſſime corruerunt. c

c *Paulus Aemilius regum Burgundiae mores cum infauſtis fatalibusqve diſſidiis et crudelitate coniunctos deſcripſit de reb. geſt. Franc. lib. 1. Sine dubio huc reſpexit Bonifacius, qvi ex Anglia in Freſonum Francorumqve oras*

ve-

*venit,* † *Moguntiaeqve et Traiecti ad Rhenum Antiſtes evaſit, Germaniaeqve Apoſtolus dictus eſt, qvum Athelbaldum Angliae regem ſumto a Burgundionibus exemplo, a corrupta licentioriqve vita dehortatur, et talem inſuper fortunam ipſi praedicit, qvalis* Hiſpaniae, et Provinciae, et Burgundiorum populis contigit, qvae ſic a Deo recedentes fornicatae ſunt, †† donec iudex omnipotens talium criminum ultrices poenas per ignorantiam legis Dei, et per Saracenos ††† venire et ſaevire permiſit, *ad an.745. Vid. Abr. Bzovius hiſt. eccleſ. lib. VIII. Vt vero Gundeuchi Burgundionum regis liberi caedibus et exilio in ſeipſos ſaevierint, prorſusqve a maioribus degeneraverint, legere licet apud compilatorem geſt. Francorum c.11. Gregorium Turonenſem l.2. hiſt. c.28. De Gundebaldi impietate etiam communi conſenſu ſcriptores tradunt, qvem non obſcure deſignavit Agobardus lib. de duello ad Ludovicum Pium. Vnde non poterat non ruere in deterius regnum, qvod neqve pietate, neqve concordia firmabatur, excitatis mox in aemulationem Francis, de qvibus tunc dici conſvevit.* Τὸν Φραγκὸν φίλον ἔχοις, γείτονα οὐκ ἔχοις. * *Ad intelligendam vero priſcorum Burgundiae regum familiam facit ſubiecta genealogia.*

F 2 Gun-

† *A. DCCXLV. Zacharias Ro. Pont. qvi Carolovingis regnum Franciae qvod tunc Childericus Merovingus tenebat, prenſantibus operam navavit. A. Franc. ad an. 752. Bonifacium creavit Archiepiſcopum Moguntinum. Vid. Merſſaeus in Arch. Mog.*

†† *Innuit Arianam impietatem, qva Gothi, Vandali Burgundionesqve ſe foedarunt. Vid. Fredegarius Gregorii Turonenſis epitomator cap.9. et ipſe Gregorius Turonenſis hiſt. l.2. c.9. ubi haec ſcribit.* Burgundiones qvoqve Arianorum ſectam ſeqventes habitabant trans Rhodanum. *Conf. lib. eiusdem c.32. et 34. Add. Paradinus, qvi Gundiochum labe Ariana infectum tradit, annal. Burg. pag.26. Qvod tamen de univerſa Burgundionum gente non affirmat, et contrarium qvoqve ex Adone Viennenſe conſtat, qvi Sigismundum Chriſtiana pietate imbutum fuiſſe teſtatur p. 168.*

††† *Hiſpaniam Saraceni A.712. invaſerunt, ac deinceps Hiſpalim, Cordubam, Carthaginem novam occuparunt, nec niſi ab An.900. VVeſtrogothi rem gerere felicius, ſeqve in libertatem vindicare coeperunt. Vid. Hiſp. Scriptores.*

* *Francum amicum habeas, vicinum ne habeas, apud Eginhartum de vita Caroli M. cap.16. et apud Conradum Vrſpergenſem ad A.768. Niſi qvod ille* ἔχῃς, *hic* ἔχοις *in optandi modo, et ſine dubio rectius ſcripſit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0045-9

*Gundeuchus*, * *al. Gundecus, vulgo primus Burgundiae Rex.*

*Gundebaldus.* ** *Chilpericus. Godomarus. Godeſilius. al. Godeſillus.*

*Sigismundus. Godemarus, al. Gondimarus.*

*Sigericus.*

*Chrona, al. Chorona, Turonenſi Mucorona ſacra Veſtalis. Chrotildis, Clodovaei M. Vxor.*

*Clotharius Childebertus. Clodomirus.*

IV. Sub id tempus Alani Burgundionum ſocii, unaqve religionis ſententia et voluntate coniuncti, eadem qvietis fiducia in novas ſedes profecti ſunt, ac tamdiu res ſuas tutas habuerunt, donec ii pacem retinebant, qvorum fortunam ſeqvebantur. d

d. *Alani Valentini, ſive Sambidenſes cum Burgundionibus in Germania I. conſtiterunt, eademqve ſacra amplexi ſunt, et itineris expeditionisqve comites fuerunt, unamqve cum iis fortunam ſubierunt, et veroſimiliter in unam gentem ditionemqve cumipſis coaluerunt, vel hoc argumen-*

* *Adoni Viennenſi Gundoveus dicitur, Chr. pagin. 168. Vulgo cum Gundicario idem ſtatuitur, eo qvidem modo, ut Filius Gundeſili, Athanarici Nepos dicatur. Alii Athanarici Pronepotem faciunt. Vnde explicari poſſunt loca apud Fredegarium cap. 11. et Turon. lib. 2. cap. 28.*

** *al. Gundebaudus, item Gundebadus, al. Gundobadus: hinc lex Gundebada, ſive Gundobada, pro lege Burgundionum, in LL. Langobard. atqve apud Hincmarum et Agobardum, conf. geſt. Franc. epit. c. 17. ſeqq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0046-5

*mento, qvod, poſtqvam in ultiorem Galliam translati ſunt, Burgundionibusqve ut alias in Germania Cisrhenana, ita et in Rhodani finibus permixti arctiusqve coniuncti habitarunt, nulla eorum deinceps mentio occurrit. Tum vero Proſper Pithoeanus confirmat, iis* deſerta Valentinae urbis rura, *qvae in Delphinatu apud Rhodanum qvaerenda ſunt,* tradita fuiſſe. *Nam per ſe patet, Alanos, qvi cum Vandalis in Hiſpaniam effuſi, Emeritanam et Gallaeciam provincias aliqvandiu incoluerunt, hoc loco eſſe alienos. Iornandes indicat, poſt deceſſum Valentiniani III. Gallias infeſtaſſe, de rebus Geticis p. 127. Qvo tempore etſi Burgundiones, iam tum ſedes in Seqvanis Aeduisqve tenuerunt, Alaniqve illi, de qvibus diximus, una regni pacisqve ſocietate coniuncti fuerunt, tamen ſibi conſtat Iornandes, alios, qvam Valentinos noſtros innuens, ac forte eos, qvi poſt Vandalorum in Hiſpanias migrationem relicti erant. Procopius a Vandalis in ſocietatem aſcitos, Gothicum genus vocat, lib. 1. Vandal. Qvos Salvianus a Gothis ſtricte et ut qvatuor inſignioribus illius aevo nominibus appellati ſunt, diſtingvit lib. 7. pag. 273. Vbi tamen alii legunt,* Alemanni, *mea opinione rectius. Contra qvam apud Turonenſem lib. 2. hiſt. cap. 9. pro* Alamannorum *ſine dubio legendum eſt* Alanorum, *qvandoqvidem Goar, cuius ex Renato Profuturo Frigerido meminit, rex fuit Alanorum, qvem ſecutus eſt Sambida, unde Alani hi Sambidenſes, qvi perinde ac Vandali Burgundionesqve ritus Arianos amplexi ſunt, nominantur.*

## CAPVT IV.

### De
## FINE VETERIS BVRGVNDIONVM REGNI, AC PRIMORDIO IBIDEM SVPREMI DOMINII FRANCORVM.

### I.

CVm hoc loco res Burgundionum eſſent, poterant qvidem beneficio fortunae uti, pacemqve ſervare, et florentem regni ſtatum, nuper a caede Aetii auctum concordia firmare, Francorumqve animos neceſſitudine et amicitia maiorem in modum conciliare. Qvod dum ſive alienati aemu-

latione potentiae, qvae inter neceſſarios maxima accerrimaqve eſt, ſive impediti invidia, qvae ſocios finitimosqve ſaepisſime in bella concitat, poſitoqve metu, libidini affectuum indulgent, ruuntqve inſe invicem, et multa crudeliter faciunt, nec ſangvini ſuo parcunt, cauſa occaſioqve belli datur Clodovaeo, qvippe non paſſuro opprimi Godegiſilum, natu minimum Gundeuchi filium, ne, ſi eius cauſſam negligeret, a Gundebaldo fratre natu maximo opprimeretur. Qvod cur faceret, multas et grave cum affinitatis et vicinitatis, tum foederis aeqvitatisqve rationes habuit, atqve adeo honeſto conſilio Godegiſilum tuendum ſuſcepit, iniuſtosqve Gundebaldi conatus praevenit, ac tempeſtive impedivit, qvo minus in eum acerbius conſuleret, et ſaevum ſangvinariumqve animum expleret. Omni iure enim cavendum duxit, ne idem Godegiſilo, qvod ipſius fratribus Chilperico et Gundimaro indigne peremptis, eveniret, totaqve regni Burgundici hereditas contra promisſi ſidem, contraqve pactionis ius ad Gundebaldum, crudelitate inſtrumenta potentiae qvaerentem, devolveretur. Itaqve pro charitate in eam ſtirpem, proqve necesſitudine nuper contracta, qverelae interpellationesqve Godegiſili apud Clodovaeum valuerunt, ut eum foedere ſibi coniungeret, occaſioneqve pariter recuperandi illius iuris, et frangendae Gundebaldi potentiae uteretur. Praeſertim qvum recogitabat, ambitionem Gundebaldi crudelitate firmari, iamqve ex ruinis Fratrum auctam vehementer ſibi ipſi eſſe pertimeſcendam, qvando rerum uſu didicerat, Burgundiones poſt interitum Aetii maiora agitaſſe, promisſa etiam utilitatis cauſa violaſſe, iniurias praeterea fratrem fratribus intuliſſe, et nomen munusqve regium polluiſſe. Hinc vero exiſtimare poſſe, qvid ſibi metuendum ſit, ſi odii contentionumqve cauſae inter finitimos exiſterent, qvae eo freqventiores futurae eſſent, qvo maiore dominandi cupiditate

tate

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0048-6

tate inflammaretur Gundebaldus, qvi contra morem comitatemqve vicinorum regum invitus ſibi Chrotildem elocasſet, dotemqve petenti difficilem ſe praebuiſſet. Qvanqvam in contrariam ſententiam dixit Gundebaldus, Clodovaeum ſummo ſtudio id operam dediſſe, ut ſuſpiciones ac diſcordiae alerentur, litesqve nuper coeptae bello Gundebaldi partibus exitioſo diſceptarentur. Eam ad rem perficiendam Clodovaeus ab uxore Chrotilde[a] inſtigatus eſt, neqve ei poſt tot clades Romanis illatas, iniucunda haec occaſio accidit, qvod ab externo hoſte ſibi non timebat, qvum mortem ſuorum, inter qvos etiam Chilpericus Chrotildis pater fuit, opportune iam ulciſci poterat, creſcereqve ex Gundebaldi ruinis, et maius capere incrementum.

a. *Aimoinus de geſtis Francorum lib. 2. cap. 3. ſignificanter indicat animum Chrotildis vindictae cupidum, qvod non modo maritum Clodovaeum, ut ratione eventorum colligitur, ſed filios qvoqve Clodomirum, Childebertum et Clotharium ad ulciſcendos invadendosqve Sigismundum et Godemarum, Gundebaldi filios incendit, veteri pariter et novo odio, recenti Sigismundi ſcelere ſuſcitato, Gregorius Turonenſis lib. 3. hiſt. cap. 5. 6. Geſta Francorum epitomata cap. 19. 34. Ioannes de Buſſieres hiſt. Franc. lib. 1. pag. 45. Altius vero belli huius cauſa repetenda eſt ab aemulatione potentiae, qvae nusqvam magis ſe prodit, qvam inter vicinos et foederatos, ut hactenus fuerant Clodovaeus et Gundobaldus. Vicinos fuiſſe, extra controverſiam eſt: foederatos fuiſſe, ex Iſidoro Hiſpalenſe videtur poſſe colligi, qvum tradit, Gundebaldum capta Narbona, Geſalicum Gothici ſangvinis principem Gallia expuliſſe, in Chronico Gothorum Era DXLV. cui reſpondet A. Ch. DVII. Nihil autem cauſae fuit, cur hoc faceret Gundebaldus, niſi ex foederis cum Clodovaeo icti formula id faciendum ſuſcepiſſet, propterea qvod Narbona, qvam Gundebaldus notho Alarici filio Geſalico eripuit, ditioni Clodovaei ſubiecta eſt, nec dubito, qvin praedae ſpes Gundebaldum illexerit, atqve in belli contra Gothos Aqvitanos ſocietatem facile pertraxerit, qvando ea mens Gundebaldo fuit, ut habendi cupiditati nec modum faceret, nec finem. Dehinc fugato in Hiſpaniam Geſalico, convenit ei cum Theoderico notho Clodovaei M. filio, ut Arelaten, qvam*

*VVe-*

*VVeſtrogothi in poteſtate tenebant, obſidione cingerent, adituqve Rhodani Oſtrogothos, VVeſtrogothorum iura defenſuros, probiberent. Iamqve Franci et Burgundiones Arelatenſem urbem premebant, cum Theodericus Oſtrogothorum rex, Ibbam Ducem laborantibus popularium rebus ſubmiſit, caeſisqve ad urbis pontem Francis Arelaten periculo liberavit. Eam in ſententiam graviter ſcripſit Cyprianus, qvi vitam S. Caeſarii Archiepiſcopi Arelatenſis edidit, liberationemqve hanc in parte divini beneficii poſuit multumqve celebravit.* Nos qvidem, *inqvit*, credimus et confidimus in Domini miſericordia, fide et precibus B. Caeſarii id effectum eſſe, ut ipſius temporibus ita obſeſſa ſit ab hoſtibus civitas Arelatenſis, ut tamen nec capi potuerit, nec praedae patere. Atqve ſic deinde a VViſigothis in Oſtrogothorum ditionem pervenit, hodieqve in Chriſti nomine paret clariſſimo regi Childeberto, ut poſſit de ea qvoqve dici: Tranſierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum, et non permiſit Deus ſub illo hominem nocere Arelatenſibus ſuis. *Hactenus ſcriptor vitae Caeſarii Cyprianus, ex qvo plura ad hoc argumentum pertinentia deſcribere non vacat. Etenim iam nemo non intelligit, rege Theoderico Arelaten* in Oſtrogothorum ditionem perveniſſe, *atqve ita nec Francos, nec Burgundiones Galliam Arelatenſem proximamqve Maſſilienſem et Narbonenſem occupaſſe, ditioniqve ſuae ſubieciſſe. Atqve huc reſpexerunt Caſſiodorus in Chronico COSS. Venantio iuniore et Celere, qvi ſignant A. C. 508. et Var. lib. 1. ep. 24. ubi Gothos ad expeditionem Gallicam excitat, lib. 4. ep. 17. qvum ad Ibam (alii Hibbam, alii Ibbam legunt) Narbonae rectorem ſcripſit, lib. 8. ep. 16. ubi acre praelium Francos inter Gothosqve commiſſum memorat, et ſolutam Arelates obſidionem ſubindicat: conf. Iornandes * de reb. Get. p. 142. edit. Lindenbrog. Proco-*

* *Iornandes recte habet, ſibiqve conſtat, dum ſuperatos profligatosqve Francos ſcribit, ſed cum de numero addit, XXXM. eorum caeſa, odii in Francos poſtulatur, praeſertim qvum Procopius nihil tale prodit. Iornandi vero aſſentitur Paulus Diaconus in app. Eutropiana. Contra non definit eum haud veroſimilem numerum Caſſiodorus in Anaſtaſio, Era COSS. modo ſignata.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0050-7

*copius * bell.Goth.lib.1.edit.Hoeſchel.p.185.186.edit.Hervag.p.31. Gregorius Turonenſis nihil hac de re in COSS. Venantio et Celere memorat, excepto qvod marginalia, ut vocant, Chronico eius aſcripta hanc praelii fatalis epocham, victiqve Alarici exitum, et regni Toloſani ruinas commonſtrant. Sed qvae poſtea initia cauſaeqve fuerint belli, inter Francos Burgundionesqve geſti, paucis aperiam. Nam Francis foedere fuiſſe iunctos, et qvum res poſtulabat, auxilium tuliſſe iam dixi, et autore Cypriano confirmavi: ſed vero etiam diſſidia habuiſſe, et decertaſſe, vel ſolus comprobare poteſt Gothorum rex Atalaricus apud Caſſiodorum var. lib. 8. ep. 10. Prius autem, qvam cum Francis commiſſi ſunt, cum Toriſmundo VVeſtrogothorum rege bellum geſſerunt: ſed ab eo in ordinem redacti*, auxiliares ipſiqve devoti fuerunt, *qvod affirmat Iornandes de reb. Get. p. 129. Devotos autem nominat iniqvo (qvod vulgo inaeqvale dicunt.) foedere coniunctos, certisqve conditionibus ad auxilia officiaqve praeſtanda obligatos, nempe ab eo tempore, qvo a Toriſmundo victi, tributum daturos ſe promiſerant, vid. Pontus Heut. rer. Burg. lib. 1. Deinceps Euricus VVeſtrogothorum rex Burgundiones ſubegiſſe traditur, apud Iornand. de reb. Get. p. 129. Qvoniam vero tunc Franci magnis viribus in Galliam irruebant, novis his motibus ea tributi confectio impedita eſt, nec qvidqvam eo nomine Burgundiones, regis Theoderici antehac ſocii, contulerunt, Heuterus d. loc. Qvin et Theoderico, cum ad condendum in Italia regnum animum adiiceret, bello Odovacris diſtracto, Gundebaldus Liguriam invaſit ac diripuit, plurimosqve captivos in Galliam abduxit, v. Paulus Diaconus in appendice Eutropiana. Oppreſſo autem poſt Alarico, ex cuius nomine Iornandes omen*



* αὐτὸς (Θευδέριχος) Γαλλίας τὰ λοιπὰ ἀνεσώσατο. *Ipſe* (Theodericus) *reliqvam Galliae partem recuperavit. Qvod congrue explicandum eſt I. ut Galliae mari mediterraneo et montibus Pyrenaeis finitimae intelligantur. II. Tales Galliae ſunt Arelatenſis, Maſſilienſis, Narbonenſis et Novempopulana Pyrenaeis montibus adiacens. III. Qvod de recuperatione additur, id eo ſpectat, ut innuatur ius poſtliminii propter dominium, qvod proxime illic habuerunt VVeſtrogothi, qvi Oſtrogothorum fuere propinqvi et populares, qviqve nuper ſub rege Alarico, cuius ſocer fuit rex Oſtrogothorum Theodericus, floruerunt, ſed eo poſt in pugna, qvae in campo Vocladenſi conſerta eſt, amiſſo, regno fortunisqve a Francis ſunt everſi. Vid geſta Franc. epitomata cap. 17.*

*ſumſit, Theodericus VVeſtrogothorum cauſam contra Francos pariter et Burgundiones tuendam ſuſcepit, Arelatumqve ab utrisqve circundatum a periculo exemit, ut teſtis eſt Cyprianus vitae S. Caeſarii ſcriptor. His ita geſtis, proferendi regni conſilium agitat Clodovaeus, pulſisqve Gallia Romanis, Burgundos vicinos opibus et potentia validos, et poſt Aetii necem maiori acceſſione nuper auctos, ſuſpectos habet, et belli cauſam qvaerit. Teſtatur Procopius, Germanos,* (Francos) *cum Burgundionibus conſeruiſſe manus, atqve eos bello ſuperiores, hos ſtipendiarios habuiſſe, bell. Goth. lib. 1. Enimvero regnum Burgundionum cum multis aliis modis, tum praecipue hoc felicitatis genere infra regnum Francorum fuit, qvod 1. Gundicarius precarium acciperet a Valentiniano III.* 2. qvod VVeſtrogothis, cum regnaret Toriſmundus, poſteaqve Francis vectigale, ſive tributarium redderetur. Gregor. Turon. lib. 2. cap. 32. 3. qvod a Francis deniqve in ditionem redigeretur, Aimoinus lib. 2. cap. 7. Contra qvam ſe res habuit cum regno Francorum, qvod nunqvam Romanis neqve tributarium, neqve ſubiectum fuit: Francorum dico, ſive Francogallorum, ut a priſcis Gallis, qvi omnino a Romanis in ditionem imperiumqve redacti ſunt, diſtingvantur. Praeterea Franci non perinde ut Gothi Vandaliqve, et in his ſigillatim Burgundiones, plures certe potioresqve, contagione Arii veram ſalutaremqve religionem contaminarunt, atqve adeo reges eorum* Chriſtianiſſimi et primogeniti eccleſiae *dici coeperunt.*

* *Non congruit, qvod ſcripſit Io. Micraelius, renitente Aetio Burgundos maximam Heduorum Seqvanorumqve partem occupaſſe, Syntagm. hiſt. pol. p. 676. Nam non invito Aetio, et annuente ex ratione civili Valentiniano III. ſedes in campis Rhodano Arariqve circumiectis datae aſſignataeqve ſunt.*

II. Ita vero Burgundiones partim fortuna temporum, partim culpa ſua miſeri, regnum a parvis initiis in tantam amplitudinem evectum, contracta cum Francis affinitate, non diu liberum florensqve retinuerunt, nec Clodovaei ad magnum Galliae imperium aſpirantis conatus infringere potuerunt. Nam praeter odia et aemulationes, qvibus ipſi ſe confecerunt, parum cauti fuerunt contra Francos, foedera, donec ſvaderet utilitas, ſervaturos, et ſi ferret occaſio, ab

inita belli ſocietate diſceſſuros. Qvod poſtea uſuvenit, qvam Burgundiones, ſpeciosa amicitia decepti, vires ſuas debilitarunt, nec multo poſt verba ſibi fuiſſe data intellexerunt, praeſertim qvum Clodovaeus ſe bello fratrum immiſceret, finitimosqve callide adverſus ſe concitaret, atqve his modis ad eos opprimendos conſilium adhiberet. Erantqve tunc multa, qvae Clodovaeum propinqvae potentiae impatientem ſtimularent, qvando praeter religionis cauſam, qvam exaggerabat Remigius, dotis qvoqve et opum, qvas longo tempore paraverant, rationem habuit, et Chrotildi Aurelianoqve *ad Gundebaldum infeſtandum ſolicitantibus locum dedit, regnum ab eo tributarium pactus eſt ** qvod poſtqvam LXXXIII. fere annis duravit ab eo tempore, qvo ad Rhodanum Ararimqve coeperat, ſuperiorem liberi regni gloriam mutavit, et poſt deceſſum qvoqve Clodovaei cum Francorum ditione imperioqve coniunctum fuit.[b]

* *Conſilium et prudentia Aureliani, qvo legato uſus Clodovaeus eſt, paſſim laudantur. Epitome geſt. Fr. cap. 13. Hinc apud Aimoinum Milidunum cum ſubiecto tractu iure beneficii conceſſit Clodovaeus, lib. 1. cap. 14.*

** *Igitur haud accurate ſcripſit Philipp. Cluverius, Clodovaeum devicto Gundebaldo, regnum eius ſuo imperio adieciſſe, qvod tamen de regno VViſegothico ibidem recte ſcripſit, Introduct. in Geogr. lib. 2. cap. 13.*

b. *Burgundiones moris Francorum non ignari, eos non cupiebant affinitate ſecum coniungi, qvorum arma timebant, ſortitudinemqve exploraran. Aimoinus teſtatur, Gundebaldum plane invitum Chrotildis ex fratre neptis matrimonium approbaſſe, nec approbaturum fuiſſe, niſi exiſtimaſſet, Clodovaeum repulſam pro belli cauſa habiturum.* Annuit ergo poſtqvam de animo Chrotildis cognovit, qvae vix ad fines Franciae deducta erat, cum protinus iubet, ut ad ulciscendam patrui crudelitatem Franci, qvi in comitatu erant, villis Burgundicis ignem ſubiiciant. Qvod dum ii gnaviter faciunt, Chrotildis laeta agit Deo*

* *V. Epitome geſt. Franc. c. 12.*



*gra-*

gratias, et vindictae necis paternae pariter et belli mox ſecuturi initium facit, lib. 1. de geſt. Francor. cap. 14. Adhaec Remigius Antiſtes Remenſis Clodovaei animum ad ſummovendos Gallia Arianos incendit, qvod ſicuti de Gothis Arianis diſerte apud Turonenſem lib. 2. cap. 37. teſtatus eſt, ita veroſimili ratione de Burgundionibus Arianis colligitur, praeſertim qvum ex Remigii epiſtola, qvae apud Sirmondum eſt, † conſtat, bellum Clodovaei, qvod contra Gothos ſuſcepit, Remigio vel ob odium in Arianos ritus probatum fuiſſe. †† Qvod cur non aeqve de Burgundionibus affirmetur, nihil impedit, maxime ideo, qvod Chrotildi vindictam agitanti * id haud ingratum eſſe poterat, ut bellum contra patruum, qvi manus fraterno ſangvine imbuerat, feſtinaretur. Praeterea non plane nullum momentum eo attulit Aredius, qvi poſtqvam exploravit iratum Clodovaei animum, inita vaſtitatis Burgundiae ratione, iam extrema metuens, tributum ei regno imponendum, conſilio parum honorifico, ſed neceſſitate expreſſo Burgundioni ſvaſit, apud Turonenſem lib. 2. hiſt. cap. 32. conſ. Fredegarius c. 23. et 24. Geſta Francorum epitomata cap. 16. Ioan. Buſſier. hiſt. Fr. l. 1. p. 28. 29. Qvod Gundebaldus non recuſare auſus, ex praeſenti qvidem periculo ſe regnumqve Burgundiae eripuit, ſed non multo poſt rurſus irritavit Francos, pacemqve nuper de relinqvenda Godegiſilo regni parte, ††† pendendoqve regi Clodovaeo tributo praefracte violavit, nec modo eum regni parte, ſed etiam vita multavit, apud Turonenſem lib. 2. c. 33. et Marium Aventicenſem in Chronico. Qvae perfidia tandem hunc exitum

*Fredegarius in ep. c. 34.

† In corpore hiſtor. Fr. VVechel. eſt epiſtola 2. p. 184. Congruitqve hic, qvod Clodovaeus religionis Chriſtianae myſteriis initiatus Burgundicum Gothicumqve bellum geſſit et confecit. Mich. Ritius de reg. Fr. lib. 1. Deceſſit autem Remigius Anno qvartodecimo poſt deceſſum Clodovaei.

†† Ea de cauſa ab Ariana religione calamitatum ruinarumqve imperiorum initia arceſſit Turonenſis, ſine dubio ad VVeſtrogothaqvitanici et Burgundici excidium ſpectant, lib. 3. prolog.

††† Allobroges, ubi nunc ſunt Sabaudi, iam inde antiqvitus Burgundiae regno innexi, ex qva cauſa Duces Sabaudiae ius in regno Germaniae, et publicis eius Comitiis habent. Huc pertinet, et nunc commodum mihi ſuccurrunt, qvod Gvil. Brito Philippidos XI. v. 55. 164. 176. eos nominavit Allobroges, qvos alias Burgundos vocamus. Conf. Caſp. Barth. animadv. p. 684.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0054-9

tum habuit, ut in Gundebaldi filios Sigiſmundum et Godomarum vindicaretur, qvando ii Patris mores crudelitate et pertinacia imitati, nondum obductas cicatrices refricuerunt. V. Ioan. Buſſieres hiſt. Franc. lib. 1. p. 29. 30. 45. 46. Ex qvibus intelligitur, Clodovaeum totius Galliae in poteſtatem redigendae conſilium iniiſſe, qvod volenti confectum dare, ſola Gothorum potentia obſtabat, praeſertim qvum adnitebatur Theodericus Oſtrogothorum rex, ut Clodovaeus rebus ex animi ſententia ſuccedentibus modum adhiberet. Nec id pro ſumma prudentia ſua ignorabat Clodovaeus, qvod VVeſtrogothi, * non abnuente Theoderico, Burgundionibus opem ferebant, atqve his rebus impediebant, qvo minus regnum Francorum acceſſione Burgundiae amplius formidabiliusqve redderetur. Qvod certe innuit Turonenſis, et congruente rerum geſtarum ſerie, aptaqve colligendi ratione declarari poteſt. Sed reddita Burgundionibus pace, Clodovaeus nihil ſibi neqve a Gundebaldo, neqve a finitimis Herulis Turingisqve metuebat, armaqve in VVeſtrogothos, qvi ſub rege Alarico erant, vertebat. Qvod qvorſum ſpectaret, Theodericus, ut cautus erat, facile aeſtimabat, atqve eo minus propinqvi regis cauſam deſerendam putabat, vicinosqve admonebat, ut VVeſtrogothorum rationem ducerent, minimeqve eos ſubigi paterentur. Verum illi ſive metus, ſive amicitiae foederisqve nuper icti cauſa in partem eius belli non venerunt, atqve Alaricum, invito etiam Theoderico, deſtituerunt. Qvibus rebus evenit, ut regnum Toloſanum,** qvod annis LXXXIIX. Gothi Aqvitanici tenuerunt, everteretur, ut ex Iſidoro et Procopio conſtat. Regna autem Buugundiae et Turingiae tributo pacem

G 3 a Clo-

* Cum lites inter Francos VVeſtrogothosqve oriebantur, tum Gundebaldus Alarico VVeſtrogothorum regi aeqvior fuit, atqve ita Clodovaeum Francorum regem offendit. Nic. Vignier. Chron. pag. 18. Mox aliae augendo odio cauſae acceſſerunt, et poſtqvam cum iniuria coniunctae ſunt, Clodovaeo bellum molienti belli iuſti cauſam dederunt. Proinde Turonenſis ait, Clodovaeum Godegiſilli petitionem libenter accepiſſe, l. 2. cap. 32.

** Toloſa praecipua Vrbs Galliae Narbonenſis, Amm. Marcell. lib. XV. Ea regio poſtea Gothia dicta eſt, qvam VVeſtrogothi eius imperium obtinuerunt, Gothiqve ii etiam Aqvitanici dicti ſunt, qvod Aqvitaniam qvoqve ſibi obnoxiam habuerunt, v. poſt ſcriptores antiqvos, Alph. Delbene et Nic. Vignierius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0055-4

*a Clodovaeo paciſcebantur,* † *atqve ab eius exceſſu demum in poteſtatem, ditionemqve Francici nominis redigebantur. Et noſtris qvidem rationibus congruit, ut regnum Burgundiae, qvod anno 442. coeptum eſt, annis fere 84. ſtetiſſe dicatur. Nam ab eo tempore, qvo in Germania Cisrhenana I. Burgundiones regnum condiderunt, epocha regni Burgundici arceſſi non poteſt, qvandoqvidem Burgundia non apud Rhenum, ſed apud Ararim, Rhodanumqve qvaeri debet. Sine dubio tamen eo reſpexit Buſſieres, qvum annum 110. regni Burgundici numerat, Burgundici, inqvam, qvod de noſtra ſententia cis rhenum anno 413. primordia habuit, atqve iuxta has rationes anni 112. effluxerunt, poſteaqvam regnum Burgundicum in ditionem Fr. eſt redactum: eo nempe anno, qvo e vita deceſſit prudentiſſimus Oſtrogothorum rex Theodericus, annis autem 15. poſt deceſſum Clodovaei magni Francogallorum monarchae.*

† *Annus 492. inſignit Toringiam vectigalem argumento rationis num temporum in certo, epit. geſt. Fr. cap. 10. Turon. l. 2. cap. 27. Burgundia A. 502. ad legem tributi ſolvendi redacta eſt.*

III. Annus autem ſupra qvingenteſimum ſextus et vigeſimus agebatur, qvum ex regno Burgundiae provincia facta eſt, qvod accidit, poſtqvam Gundebaldi filii miſerum foedumqve exitum habuerunt: inter qvos natu maior Sigiſmundus ann. DIIX. patri Gundebaldo * ſucceſſit et bello deinceps appetitus, nec multo poſt captus, atqve in puteum cum uxore liberisqve coniectus, periit, ſummoqve cruciatu confectus, memorabilem, regisqve ſtirpe indignam poenam dedit. Haec dum fiunt, frater Sigiſmundi Godemarus, ad ſpem vindictae excitatus, regnum Burgundiae ſuſcipit, Francisqve obviam profectus, Clodomirum contra belli inſidias non ſatis cautum caedit: qvod ſimulac Franci audiunt, repentino caſu commoti, vires colligunt, Godemariqve exercitum fundunt, totamqve adeo Burgundiam occupant, et regno Francorum adiungunt. c

* *Gundebaldus Ann. 508. obiit: Sigebertus ad h. A.*

c. *Hoc eſt illud tempus, qvo Burgundia Francorum ditioni ſubiecta eſt, in cuius epocha definienda non una eademqve ſententia eſt. Sunt, qvi*

*in*

*in annum 522. reiiciant, qvod probat Gabriel Bucelinus in annalibus Galliae Nucl. hiſt. part. 2. ad h. An. Nec vero melius illud eſt, qvod Burgundiam a Clodione Francorum regno adiectam putavit, in Chronologia Conſtantienſi ad an. 445. Nam veris Francorum monumentis proditum eſt, Clodionem in Germania cis rhenum regnaſſe, atqve exinde in Galliam penetraſſe, atqve inſignem eius partem Romanis eripuiſſe, ſedemqve regni in* termino Tongrorum * *habuiſſe, Burgundiones autem* trans Rhodanum habitaſſe, *apud Turonenſem lib. 2. cap. 9. Vnde ſeqvitur, iam tum eo tempore regiones ad Rhodanum expanſas inſediſſe, nomenqve Burgundiae, Francis longo terrarum ſpatio disiunctis, auſpicato fuiſſe, ut ſupra rationes a me confectae ſunt. Alii annum 534. clade Gondemari, et excidio regnatricis Burgundionum ſtirpis inſigniunt, Mezeray abrege Chronologiqve pag. 50. Ego ita ſupputo, ut annus 526. qvem temporum et hiſtoriae conſenſus ſuppeditat, conſtituatur. Conſentiunt Nicolaus Vignierius in Chron. Burgund. ad h. an. Iacobus Meyerus in annal. Flandr. ad ann. eundem: Pontus Heuterus rer. Burgund. lib. 1. et, qvi ante hos nominandus erat, Sigebertus Gemblacenſis Chron. ad an. 526.*

* *Tongri cis rhenum, non Toringi trans rhenum, unde vulgata et mendoſa lectio eſt corrigenda, cum apud Turonenſem, tum apud Aimoinum lib. 1. cap. 4. epit. geſt. Francor. cap. 5. Nec officit, qvod MSpti aeqve ac editi Codices* Toringi *legunt. Id enim deſcribentium, ſimilitudine nominum facile deceptorum, incuriae adſcribendum eſt. Et ſunt aliqvi, qvi Tongros a Toringis oriundos, velutiqve per coloniam ad inferiorem Rheni ripam emiſſos putant.*

IV. Qvae converſio priſcorum Burgundiae regum memoriam rerum ab iis bene geſtarum delere non potuit, multa autem turpiter admiſſa memorabili ad poſteros exemplo expiavit. Illud minime hic omiſerim, qvod Gundebaldus cetera impius, provanosqve Arii ritus amplexus, ſanciendarum in Burgundia legum curam cogitationemqve ſuſcepit, qvibus etſi perplura continentur, qvae a religione et aeqvitate aliena ſunt, tamen rudi iſto inelegantiqve ſeculo laudem haud exiguam auctori conciliarunt. [d] Nec conſilia ad regni adminiſtrationem idonea ipſis defuerunt, qvo-

ad

ad bonis moribus floruerunt, concordiamqve ſervarunt. At ubi odium et regnadi cupido animos inceſſebant, Franciſqve affinitate coniunctis ulciſcendi occaſionem dabant, et potentia ad explendam animi libidinem utebantur, de via retinendae libertatis deflexerunt, Francorumque iugum ſubierunt.

d. *Leges Burgundionum a Gundebaldo eorum rege latae, et a XXXII. eius gentis Proceribus ſubſcriptae ſubſignataeqve ſunt, ex qvarum praeſcripto viventes coeperunt appellari Gundibadingi, et Gunebodigni, qvi ad inveſtigandam incerti obſcuriqve facti veritatem ad manus pugnamqve venerunt. Praeterqvam autem qvod hanc legem Gundebaldianam vehementer redarguit Agobardus, illiusqve antiqvandae Hludovico Pio auctor fuit, Fridericus II. etiam publica conſtitutione, qvae inter Siculas extat, hunc abſurdum morem vel eo argumento abrogavit, qvod iſte modus explorandi per duellum iudicii divini* non tam vera probatio, qvam qvaedam divinatio dici poſſit, qvae naturae non conſonans a iure communi deviet, aeqvitatis rationibus non conſentiat, *prout verba habent Auguſti legislatoris.* * *Saepe tamen DEVS apud populos legum literarumqve rudes permiſit, ut laetus eventus cauſam innocentis comprobaret, forte qvod eo rerum ſtatu non tam malitia, qvam ſimplicitate haec ratio probandi recepta eſſet. Hanc in ſententiam ivit Hugo Grotius, et praeclare graviterqve affirmavit, illis temporibus Deo ſimplicitatem prae argutiis placuiſſe, in prolegom. ad hiſt. Goth. Vnde intelligitur, Burgundionibus, poſtqvam in unam cum Francis rempublicam coaluerunt, iura et leges priſtinas fuiſſe relictas, ut ſuis qvaeqve gens inſtitutis ſub ſummo regum Francorum imperio uti poſſet. Conf. Iacobus Godofredi in prolegom. Cod. Theodoſ. cap. VII. Sed rationes temporum, qvas ibi conficit, ut Burgundiones anno 532. a Francis ſubactos doceat, mihi non probantur, et vel unius Sigeberti teſtimonio refelluntur. Alioqvi haud poſſum diffiteri, nonnunqvam ingens inter Francorum Burgundionumqve leges diſcrimen fuiſſe, et nunc inprimis qvum caput huius argumenti de iudicio Dei in qvaeſtione verſatur. Burgundiones enim nullo interveniente alio iudicio* protinus in hoc certamen, qvod monomachian vocant, ruebant: Franci *tunc demum admittebant, cum perqviſitis omnibus rebus, nulla alia eruendae veritatis ratio afferri poſſet. Illi inſuper nimio et abſurdo rigore viam explorandi di-*

* *lib. 2. tit. 33.*

*divini iudicii inibant, pueroſqve etiam ad ſacramentum, et homines virium vitio inhabiles atqve imbecilles ad duellum adigebant: Franci contra utroqve probandi genere interdicebant, nec iureiurando pueros adſtringebant, et meliore exemplo ſinebant, ut pro infirmis alius qvispiam depugnaret. Ex qvibus deducit Ludovicus Cellotius, apud Burgundiones plus vi et impetu actum fuiſſe, apud Francos autem magis pietatem valuiſſe, in append. miſcellan. opuſc. VI. de populari iudicio Dei. Alioqvi ſcriptores Francici non inficiantur, Burgundiones ratione et conſilio polluiſſe, et inter alios fatetur Aimoinus,* eos omnes plus conſiliis, qvam armis rempublicam tutatos, *lib. 1. cap. 14. Qvod ſine dubio intelligendum eſt in comparatione Francorum, infra qvos erant, ſive animorum contentionem, ſive armorum uſum, ſive proſperos belli ſucceſſus ſpecto. Fuitqve haec cauſa, cur Gothi Burgundionesqve pariter ſibi ab ipſis metuerent, Romaniqve Imperatores, qvi everſo Occidentis imperio, in Oriente ſedem et ſummam rerum tenebant, Francorum reges comiter haberent, atqve adeo Anaſtaſius Dicorus Clodovaeum cum eminentiori Conſulatus dignitate, tum novo et memorabili diadematis honore ornaret, apud Turonenſ. lib. 2. cap. 38. Qvi conſulatus profecto inſignius aliqvid excelſiusqve denotabat: perinde ut Fredegarius Romanorum conſulatum ſignificanter explicat, et per eminentiam Carolo Principi aſſignat, cap. 110. Illud vero tam ſublime decus anno 508. regi Clodovaeo partum eſt, qvum iam totius Galliae monarcha eſſet, et* Conſul atqve Auguſtus *appellaretur, Turonenſis d. l. Sed Gundebaldus hactenus Romanorum amicus et ſocius, poſtqvam de Romanis bene meritus, titulum* Patricii, *qvamlibet infra Clodovaei eminentiam, obtinuit, fratribus antehac militiae Romanae ſocietate coniunctis, vim bellumqve fecit, regnumqve in qvatuor partes diviſum ſolus capeſſere, voluit, et dignitatem, qvam pace concordiaqve tueri poterat, infelici diſſidio ſubvertit. Ea de cauſa Sidonius, qvi anno 482. e vita exceſſit, non obſcure innuit, motus tempore tetrarchiae in Burgundia fuiſſe ſuſcitatos, lib. 5. ep. 7. 8. Priusqvam autem hae turbae exortae ſunt, qvatuor illi fratres multa auctoritate domi foriſqve valuerunt, et Olybrium Iuliumqve Nepotem Augg. ſtudioſe adiuverunt, militiaeqve Romanae magiſtri in Italia atqve Gallia fuerunt. Id vero induxit Olybrium, referendae gratiae cupidum, ut Patricii honorem conferret in Gundebaldum, qvod teſtatur Panvinii Innominatus. Deiecto autem poſt Iulio Nepote, cuius honori*

*Burgundiones favebant, ſuſpicione deinceps ducti, rerumqve ſuarum paulisper ſatagentes, hactenusqve concordes, Oreſti et Auguſtulo nihil tribuendum duxerunt. Verum qvae Occidui Romanorum imperii, eadem regni Burgundionum, qvamvis ex diverſa cauſa, viciſſitudo fuit: illius initia a barbarorum migrationibus, huius ab inteſtinis disſidiis praecipue ſunt petenda. Ceterum depravata Arii religio non fuit Gundebaldo communis cum omnibus huius familiae regibus, propterea qvod Sigismundus Gundebaldi filius renunciavit Arianis, et reiecto tam deteſtabili eius ſectae errore, verae religionis diſciplinam ſecutus eſt, conciliocqve eam in ſententiam convocato, verum incorruptae fidei caput in Concilio Eponenſi aſſeruit atqve ſtabilivit. Illuc veteris Burgundiae Epiſcopi convenerunt, et moderante rationes Concilii Sigismundo, Burgundiam ab Ariana labe repurgarunt. Vid. tom. 2. Concil. et Chiffletii obſervatio ad Concil. Eponenſe. Auctor huius rei Sigismundo fuit Avitus, qvi animum eius ad literas et religionis diſciplinam effinxit, ac deinde Viennae Archiepiſcopus factus, concilium Eponae habendum ſvaſit. Annum huius concilii pleriqve ſignant 490. multi 494. qvod tam abſurdum, qvam certum eſt, Sigismundum illo tempore regno Burgundiae nondum praefuiſſe, neqve tunc ius indicendi Concilii habuiſſe, qvum Gundobaldus, eius pater Arianus, adhuc in vivis erat, qvi erroris ab Avito convictus, noluit haereſi renunciare verumqve Deum confiteri, ut eſt apud Turonenſ. lib. 2. cap. 34. Is autem A. C. 508. primum deceſſit, atqve adeo haec Synodus cogi non potuit ante A. 509. qvo Sigismundus nondum firmato regno, adhuc de partibus cis Ararim cum Clodovaeo M. tractabat, nec multo poſt reverſus in eius gratiam, regni paterni adminiſtrationem ſuſcipiebat. Vid. Vignierius Chron. p. 20. Io. Bapt. Ricciol. Chronol. reform. tom. 3. p. 138. Aubertus Miraeus annum 520. ſupputat, qvod temporum numeris non reſpondet, ſiqvidem hoc anno Sigismundus iuſſu Clodomiri foedo mortis genere eſt extinctus, Turon. lib. 3. cap. 6. Vignier. Chron. p. 21. Auctor additionum ad ſummam Conciliorum Bartholomaei Caranzae exiſtimat, tempore Gelaſii I. Pontificis indictum celebratumqve fuiſſe concilium Eponenſe, pag. 286. Qvod neqve ullo veritatis indicio colligi poteſt, et refellitur argumento regni multo ſerius a Sigismundo ſuſcepti, qvoniam initium eius Symmacho, et exitus Hormisdae Pontifici congruit. Qvare ab aliis in*

*an-*

*annum 517. qvo Hormisda Pontificatum geſſit, reiicitur apud L. Bail. tom. 7. Summ. Concil. p. 181. Etſi index Chorographicus, qvi in aditu eius tomi conſpicitur, annum Symmachi Pontificatui convenientem, qvi eſt 509. denotat, a qvo diſſentit Veneta Conciliorum editio, qvae Hormisdae Pontif. intervallum deſignat. Mea opinione hoc concilium omnino A. 509. habitum eſt, atqve adeo reſpondet A. undecimo Symmachi Pontificis, qvam ſententiam amplexi ſunt Caeſar Baronius in annal. eccleſiaſt. ad h. A. et Severinus Binius in Concil. Epaunenſi p. 552. et not. p. 555. At Petrus Crabbe perperam in Galaſii I. Pontificatum reiicit, tom. 1. concil. col. 537. Vtcunqve ſit, Burgundionibus id certe, Franci acceptum ferunt, qvod verae et ſalutaris religionis diſciplinam, ſecuti ſunt, qvoniam Clothildis Chriſti ſacra in Franciam attulit, et Clodovaeum ad ea amplectenda identidem cohortata eſt, Turon. l. 2. c. 29. Aimoinus lib. 1. cap. 14. Qvo factum eſt, ut voti religione ſe obſtringeret, ſi Alemannos vinceret, Chriſto nomen daturum, ibidem cap. 30. Cumqve id Dei benignitate eveniſſet, hoſtesqve caſtris exuiſſet, et iam ita domuiſſet, ut ditioni ſuae ſubiicerentur, votum Deo nuncupatum perſolvit, Remigioqve ſe abluendum obtulit, et ſolenni pietatis formula ſacris initiatus *, certum aeternae ſalutis vadem, noxarumqve per eum expiatarum pignus accepit, ibid. cap. 31. Qvamobrem in priſcis, qvae de Remigii ac Bathildis vita ſuperſunt, monumentis lego, Clothildem appellatam fuiſſe* Chriſtianiſſimam. *Qvam recti deniqve cultus viam atqve rationem ei tradidit mater, femina integra et a labe Ariana immunis, qvam ſemel iterumqve Sidonius collaudavit.*

* *Hoc Franciae Chriſtianae initium fuit, multo ante enim Gallia Chriſti ſacra ſuſcepit, v. Franc. Feurardentius in annotat. ad Irenaei lib. 1. adv. haereſ. p. 54.*

# CAPVT V.

## De REGNO BVRGVNDIAE IN FRANCORVM I. STIRPIS PROVINCIAM REDACTO, ATQVE HINC DIVISO.

### I.

OPpreſsis ita veteris Burgundionum familiae regibus, Franci Clotharius et Childebertus Burgundiam ditioni ſuae ſubiecerunt, et praeteritis Clodomiri filiis, eam partitis rationibus regendam ſuſceperunt, Theoderico autem Clodovaei notho, inferiorem Burgundiam, qva fines Auſtraſiae contingit, reliqverunt. Inter eos Theodericus regis Burgundici titulum ſumſit, eumqve in propagine ſua continuatum ad Theodebertum atqve Theodobaldum transmiſit.

*Noluit eqvidem Theodericus, etſi invitatus rogatusqve movere in Burgundiam, propterea qvod in Avernos proficiſci ſtatutum habebat, reverentiaqve ſtirpis, unde uxorem duxerat, impediebatur, Turon. lib. 3. cap. 11. Poſteaqvam vero occupata eſt, iure ſuo, qvod certe pari neceſſitudine, et connubii titulo inſuper nitebatur, fraudari non potuit, qvandoqvidem mores illorum temporum nothis etiam ſuccedendi ius dabant, qvod cum exemplis aliis, tum hoc Francorum inſtituto comprobatur. V. geſt. Francor. epitom. cap. 14. Turonenſ. lib. 3. cap. 1. Vnde explicandus eſt Agathias bell. Goth. lib. 1. Conſ. Paulus Diaconus de geſt. Langobard. lib. 2. cap. 10. Eadem conſvetudo apud alias gentes nationesqve valuit, qvod teſtatur de Danis Adamus Bremenſis, qvum filios Canuti ex pellice ſuſceptos, aeqvam haereditatis partem ſortitos fuiſſe refert, ac inſtitutum a more barbarorum arceſſit, lib. 2. hiſt. eccl. cap. 54. Apud Norvagos de nothorum ſucceſſione lex ſancita eſt, proptereaqve Haqvinus Adelſtanus Haraldi pulchri comi filius naturalis, regnum Norvagiae Erico filio Haraldi legitimo ereptum retinuit, Andr. Severin. Vellei. not. ad Brem. d. l. Snorre Sturleſonius in Chron. Norvag. in qvo p. 67. artes, qvibus Haqvinus uſus eſt, pulchre commemoravit. Auctor etiam eſt Liutprandus, Graeco-Romanos non matris dignitatem, ſed Patris reſpexiſſe, lib. 5. cap. 5. Nec Henetorum*

rum Principes id a ſua dignitate alienum putarunt, et cum filiabus ex non legitima coniuge ſuſceptis ius connubii habuerunt, ut videre eſt apud Abbatem Stadenſem in Chron. ad an. 1164. Similiter nulla lex impedit eligi Pontificem Romanum ex toro non legitimo natum, etſi opinio atqve conſvetudo hic pro lege eſt, Gvicciard. hiſt. lib. XX. p. 952. ** Hugo Grotius pronunciat, Septentrionalium gentium more nothos et legitimos eſſe pares, de iure B. et P. lib. 2. cap. 7. Qvanqvam haec conſvetudo ad omnes in univerſum Septentrionales non pertinuit, qvod de Islandis conſtat inter omnes, et docet Arngrimus Ionas rerum Islandicarum lib. 2. p. 101. Inſpicienda ergo hic ſunt cuiusvis gentis inſtituta et mores, qvae vim legis habent. Cultiores enim populi a Principibus legitime natis potiſſimum regi voluerunt, ſiqvidem id auctoritati imperantium conducit, maioremqve reverentiam parit. Itaqve Clotharius I. Theoderici Aurelianorum et Burgundionum regis filios nothos, tanqvam natalibus et dignitate impares, e medio ſuſtulit, ut a ſucceſſione excluderentur. Etſi enim aliae odii offenſionumqve cauſae erant, qvae ad comprimendos ſeditioſorum conatus opprimendosqve eorum auctores ſpectabant, tamen haec ab inſtituto qvoqve non aliena eſt, et adducitur a Io. Buſſierio lib. 1. p. 165 Valuit autem certe ad arripiendum ambitionis et crudelitatis praetextum, qvando Clotharius, qvid Theodericus eorum pater deſtinaſſet, non ignarus, hanc potiundi in univerſum Francogallorum imperii viam inibat. Illud vero rerum temporumqve eventis non congruit, qvod exiſtimavit Ioannes Ludovicus Gottfried, regnum Burgundiae connubio Clothildis perveniſſe ad Clodovaeum, in Archontologia Cosmica p. 125. Nam I. Clodovaeus id vectigale qvidem ſibi reddidit, minime tamen ditioni ſuae ſubiecit. II. Poſt deceſſum Clodovaei Burgundia adhuc



* Aimoinus de geſt. Franc. lib. 2. cap. 7. tradit, eum Sigismundi Burgundionum regis filiam in matrimonio habuiſſe. Conf. Io. Stumphii Chr. Helv. l. 3. c. 63. De cuius fortitudine rerumqve geſtarum fama alias conſtat, qvippe qvi tantam ſibi conciliavit auctoritatem, ut ſi qvod damnum ei inferretur, armis vindicare poſſet. Conf. Gvil. Paradinus annal. Burg. lib. 1. p. 47.

** Aimoinus autem ex decreto Syn. Remenſ. refert, non debere eſſe Epiſcopum natum ex concubina, lib. 5. cap. 45. Vnde a minori ratio poteſt duci ad maius.

*huc priſcos Vandalici generis reges habuit Sigismundum et Godomarum. III. Burgundia Cis Ararica ceſſa eſt Clodovaeo, non tam dotis, qvam ſatisfactionis iniuriae titulo, propterea qvod Clodovaeus ſe pro laeſo ferebat, qvum Gundobaldus promiſſum tributum non ſolverat, atqve cum fratre ſuo Godegiſilo crudeliter et iniuſte egerat, pactaqve, qvorum ſocius et ſponſor erat Clodovaeus, non ſervarat: theſauros autem dotis loco habitos, iam tum Clodovaeus per Aurelianum repetiverat atqve acceperat. IV. Omnino autem Clothildis Clodovaeum, et poſt haec ſuperſtites Clodovaei filios ad arma Gundebaldo et ſoboli eius inferenda inſtigavit, praeſertim qvum ſigna ultionis, cuius magna cupiditas occupavit Clothildis animum, paſſim in Françorum monumentis expreſſa occurrant. V. Maternum ius, qvod a Chrotilde derivatum eſt, eo valere non potuit, ut viventibus Gundebaldi filiis ſucceſſio praeriperetur. Ab eventu enim mortis liberorum virilis ſexus liberorum pendebat ius Chrotildis, ſiqvidem ad ſucceſſionem reipſa et legitime conſeqvendam efficax eſſe debebat. Nec accurate ſcripſit Bernardus Saccus hiſt. Ticinenſ. lib. 7. cap. 18. in digreſſione ad Burgundiae regnum, Claudii (Clodovaeum innuit) filios poſt Gundebaldi tempora dominium Burgundiae diviſiſſe, qvippe qvod demum poſt tempora Godomari eveniſſe, manifeſtum eſt.*

II. Poſt haec Theodebaldus vita functus eſt, cui ſucceſſit Clotharius I. ex aſſe heres, qvi cum pro gloria nihil non tentaret, tum fortuna eum ita adiuvit, ut totius Francogalliae imperio potiretur. Sed ut humanae res ſunt, regna, qvae ſub uno florent, diviſa minus poteſtatis retinent, nec ſine damno minuuntur: praeſertim qvum odio et aemulationes paſſim gliſcunt, malisqve auctoribus foventur. Qvod his temporibus infeliciter accidit, qvando fratres et neceſſarii ſumptis armis graſſati in ſeipſos, omne crudelitatis genus uſurparunt, nec ambitioſae et ſerendis diſcordiis infauſtae mulieres, Fredegundis atqve Brunechildis, defuerunt, ſuſcitatisqve diſſidiis novum ignem ſubiecerunt. Fuit autem haec diviſionis ratio, ut inter qvatuor Clotharii filios ſortito ſua cuiqve pars obveniret: qvo pacto Burgundia Guntramno attributa eſt, qvi poſtqvam nullos liberos genuit, adhibi-

hibito orbitatis remedio, nepotem ex fratre Chilbertum heredem inſtituit, poſt cuius deceſſum Theodericus, alter eius filius, regnum Aurelianorum Burgundionumqve ſuſcepit, atqve ab avia, cui Brunechildis nomen erat, inſtigatus funeſtum bellum excitavit, captumqve fratrem occidit, plura auſurus, ſi vitam immani facinore pollutam produxiſſet. Neqve Theodeberti liberis parcitum eſt, cum Brunechildis incepto non deſiſterer, et ambitione vafrisqve conſiliis Theoderici crudelitatem ſubinde ſtimularet. Igitur odio adverſus Clotharium II. concepto accendebatur ad novum bellum, iamqve ad id magnis viribus gerendum ſe comparabat, qvum ſubita atqve improviſa mors Theoderici ad obtinendum totius Franciae imperium aſpirantis ferociam, qvam nulla ratio reprimere poterat, extinxit. Ita Clotharius II. pariter metu liberatus, et magnis fortunae acceſſionibus auctus, Burgundiam cum omnibus Franciae regnis de integro coniunxit, et aeqvo iure adminiſtravit. Rectum Patris exemplum ſecutus eſt Dagobertus, qvi, qvanta cura potuit, leges et inſtituta Burgundionum conſervavit, et proceres populumqve honoribus et beneficiis ornavit. Ei in regno Burgundiae ſucceſſit filius natu minor Clodovaeus huius nominis II. qvi cum a ſe conſilia inire non poſſet, nihil nomine ſuo dignum fecit, praeſertim qvum dura difficilisqve eſſet fortuna temporum, ſenſimqve creſceret libido praefectorum, unde novi poſt motus ſunt excitati. HincClotharius III. natu maximus Clodovaei filius, ad regnum Burgundiae pervenit, pacisqve ſtudia et honeſtas artes, auctore Erchinoaldo, * retinuit, qvo defuncto, regni praefecturam Ebroino dedit, qvi fraude et malevolentia uſus, nihil regi, praeter auctoritatis ſimulacra, reliqvit. Inter haec ſpecioſa ſervitutis commenta qvarto regni anno moritur Clotharius, in qvo omnis prope gloria regum primae ſtirpis defecit, et pax una deſiit,

* *G. Fredegarius cap. 84.*

deſiit, et magnae contra ex illo tempore calamitates coeperunt.

*I. Regnum Burgundiae Franco-Merovingi iam cum Auſtraſia, iam cum Neuſtria coniunxerunt, atqve ita in familiae ſuae patrimonium redegerunt, ut, qvatenus Franci, eius reges dominiqve eſſent: Franci, inqvam, ſive in Orientali, ſive in Occidentali Francia rerum potirentur. Fuit enim apud Francos Auſtraſios tempore Theoderici, Theodeberti et Theodebaldi. Dehinc ad Clotharium Sveſſionum regem, hinc ad Guntramnum pervenit, qvi Aurelianis ſimul et Burgundionibus imperabat. Sveſſiones autem et Aureliani extra Auſtraſiam ſiti ſunt, atqve adeo tunc ad ius ditionemqve Francorum Auſtraſiorum minime poterat pertinere. Poſteaqve ad Childebertum Auſtraſiae regem rediit, atqve hinc iterum ad Theodericum Aurelianorum et Burgundionum regem delatum eſt. Tum ad Clotharium, atqve inde ad Dagobertum Neuſtriae Auſtraſiaeqve regem, et ab hoc deinceps ad Clodovaeum eſt devolutum, qvo extincto, Childericus Auſtraſiae rex Burgundiam ſibi vindicavit. Qvod oſtendi poteſt ex Turonenſi, eiusqve Appendice, et Aimoino, Chronico Benigniano, annalibus Burgundicis editis et manuſcriptis perſpicere licet. II. Ab eo autem tempore, qvo Merovingi Burgundiam acqviſiverunt, diviſa qvidem eſt, et diverſos etiam deinceps praefectos habuit, ſed regni nihilominus titulum retinuit, ea tamen lege, ut regnum Franciae prius potiusqve eſſet, nec Burgundia aliter, qvam eius aliunde facta acceſſio haberetur, qvod ratio acqvirendi et titulus eventaqve illorum temporum aliunde oſtendunt. III. Sive ergo Franci Auſtraſii, ſive Neuſtrii regnum Burgundiae tenuerunt, non fuit aeqvalis cum Francia acqvirente dignitatis, propterea qvod eius ex alia cauſa qvaeſita acceſſio fuit. IV. Eqvidem iura et leges Burgundionibus relicta ſunt, ut firmius tutiusqve in officio retinerentur, qvae ratio imperandi utilis eſt, et ſapientibus probata, qvum iis rebus ſervetur tranqvillitas, ſi avita et ſua cuiqve propria inſtituta non mutentur penitusqve abrogentur. Vid. doctoris ab Hetruria Nicol. Marchiavelli Princeps cap. 3. V. Nec ſolum aetate Merovingorum, ſed etiam Carolingorum ſuis inſtitutis uſi ſunt, qvod ſupra ex Dagoberto commonſtravi. VI. Praeterea Burgundiones, perinde ac alii populi, iura ſua beneficiaria habuerunt, qvae Franci adeo non antiqvarunt, ut procerum qvoqve dignitatem, et vetera populi iura conſervarent. vid. Hugo Grotius de I. B. et P. l. 7. c. 7. n. 31. Franci enim pro ſummo in Nobilitatem ſtudio Optimatium Ordinem gratia et honoribus ſubinde ornabant,*

et ab

et ab hominibus inferioribus ac plebeiis, qvos leudes vocabant, ſolicite diſtingvebant. Vid. Sibrandus Siccama ad Friſionum leges p. 67. Gottefr. VVendelinus in gloſſar. Salic. in vocab. Leode. Saepe tamen Francici ſcriptores leudes * nominant, qvos fideles et ſeqviori iure Vaſallos nominamus, in qvam ſententiam expono Fredegarium, qvi cum de proceribus et leudibus Burgundiae memorat, tum ſine dubio hanc ſignificationem innuit, in epit. cap. 54. conf. Aimoinus lib. 4. cap. 53. ubi hos leudes elogio probatiſſimorum atqve illuſtrium ab inferioribus et plebeiis diſtinxit. Conf. Goldaſt. rer. Alemann. tom. 1. cap. 8. p. 132. VII. Qvare non eſt, cur putemus, Burgundiones ſervilem in modum fuiſſe ſubiugatos, qvando ſub ſupremo Francorum imperio iura et leges, beneficia itemqve agros ſuos retinuerunt, et poſtero etiam tempore inſigniter, ac deinceps praeter modum ſic creverunt, ut aetati Caroli Martelli Merovingos ignavia ſolutos ſpernerent, defectionemqve agitarent, et deniqve lapſis Carolingorum rebus ipſi novos et proprios peculiaresqve reges habere inciperent, ſuiqve iuris fierent, ac diu eo ſtatu florerent. IIX. Vtcunqve ergo armis victi, in ditionem Francorum venerunt, tamen argumento conſervatorum iurium atqve privilegiorum intelligi poteſt, Burgundiones non fuiſſe habitos eo loco, qvo alioqvi habentur armis devicti, atqve adeo ſervitute non fuiſſe oppreſſos. ** IX. Non autem una atqve eadem omnium Burgundionum fuit conditio, qvum Proceres, qvi iudiciis praeerant, ex Nobilitate lecti, comites dicebantur, ad qvos reſcripſit Gundebaldus, tit. de reis corripiendis. Penes eos ut conſilium iurisqve dicundi auctoritas in antiqva Burgundionum republica erat, ita ſubſcribere et ſubſignare publicas leges conſveverunt, et aſſenſu approbationeqve ſua ad modum pactionis confirmarunt. Vid. praefatio legis Gundebaldicae. Poſtea vero, qvam ſumma rerum Burgundicarum ad Francos delata eſt, ſuperiores reges potius, qvam regnandi rationem modumqve amiſit, qvandoqvidem etiam ſub Francorum praefectis Burgundionum iura privilegiaqve inviolate ſervata ſunt, ac in eo ſtatu qvoqve ſub regibus II. ſtirpis manſerunt. X. Atqve hunc morem Franci deinceps ita tenuerunt, ut cum aliis populis ſimiliter agerent, praeſertim cum Saxonibus, iis nempe, qvi Nobiles ingenuiqve erant, qvos ſervilem in modum non depreſſerunt, ſed unius reipublicae ſocietate ſibi coniunxerunt, ut in Francorum Auſtraſiorum regno,

I ad

* Hunc ad modum qvoqve interpretatur Io. Buſſieres H. Fr. lib. 3. p. 218.

** Ius comitiorum habuiſſe, vel id docet, qvod ius creandi, id eſt, declarandi atqve inaugurandi reges, aeqve ac Franci habuerunt, Fredegarius c. 79.

ad qvod ab anno 785. pertinuerunt, iuris legumqve communione fruerentur, qvod in VVittekindo M. et notis ad Albertum animoſum ex Monacho Corbeienſe, et Magiſtro Adamo nuper demonſtravi. Qvare imprudenter ſcripſit Sibr. Siccama, Francos univerſam Germaniam ſervilem in modum ſubiugaſſe, in notis ad LL. Friſ. p. 71. Etſi enim Carolus M. Saxones transalbinos, patria multatos in Franciam tranſtulit, * non id tamen ad reliqvos Saxones, qvi libertatem ſibi pacti ſunt, porrigi debet. Iure autem laudatur Carolus M. qvod non ut Romani veteres, per excidia gentium, ſed per colonias ** tranqvillitati temporum pariter et ſecuritati ſuae conſulere voluit: plenus enim credulitatis, atqve a Chriſtianarum gentium manſvetudine alienus eſt modus, qvi ad penitus evertendum dirigitur. Vid. Machiav. Princeps c. 5. XI. Ceterum Burgundiae Praefecti paulatim hac dignitate viam ſibi ad ſucceſſionem muniverunt, qvando regnabat in Burgundionibus Guntramnus, ut docet Gvil. Paradinus, ex eoqve Nic. Vignierius p. 26. *** Ac hi dicebantur praefecti palatii (Burgundici) item Patricii, et maiores domus apud Fredegarium c. 54. 92. apud Turonenſem l. 4. c. 24. 30. et apud Aimoinum l. 4. c. 39. ubi VVillebaldus dicitur patricius transiuranus ****, qvi a praefecto palatii Burgundici fuit diverſus. Nominantur etiam Maiores domus, apud eundem l. 4. c. 6. XII. Ceterum Burgundiae praefecti paulatim hac dignitate viam ſibi ad capeſſendos hereditaria lege magiſtratus muniverunt, qvando regnabat in Burgundionibus Guntramnus, ut docet Gvil. Paradinus, ex eoqve Nic. Vignierius in Chron. Burgud. p. 26. XIII. Eodem fere tempore Marchia apud Auſtraſios coepta videtur Goropio Becano, qvum Chochilaichus Danorum rex claſſe in maritimam Belgii oram invectus, magnam ibi vaſtitatem fecit, apud Turonenſem l. 3. c. 3. Conf. Ado Viennenſis in Chron. et noviſſime Ioannes Molanus in mi-

* Annal. Fr. ad A. 804. Adelmus Monachus ad A. eundem.

** Coloniarum exempla ſunt apud Halicarnaſſeum l. Tacit. hiſt. III. Iuſtinum XII. c. 5. Hinc Plinius urbes genitas vocat, qvae ab hominibus per colonias diſtributis conditae fuerunt, l. 5. c. 19.

*** Nondum vero tunc hereditaria lege eas dignitates habuerunt.

**** Transiurani ſuos peculiares praefectos habuerunt. Regio transiurana complexa eſt Helvetiam, Vindeniſſam et Ergoriam. Coccius in Dagob. cap. 7. p. 67. Helvetia vel Orienti obverſa eſt, et Alemannica, vel in Occidentem vergit ad Iuram montem, qvae Burgundica dicitur, ac praecipue hic intelligitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0068-7

*militia ſacra ducum Brabantiae c. 2. Ac ſi maxime hinc Marchionatus Antuerpienſis primordia ducenda non eſſent, vix tamen dubitare licet, qvin ſeqviores Normannorum depraedationes inſtituendae illic limitum praefecturae occaſionem dederint.* * *XIV. Qvanqvam vero Hunni Hungariqve Burgundiam invaſerunt, nulli tamen ibi fuere Marchiones, qvi Burgundici dicerentur. Omnino autem in Gallia Narbonenſi inſtituti ſunt Marchiones, qvi propterea Marchiones Gothiae appellati ſunt, qvod VVeſtrogothi ſuas qvondam ſedes illic habuerunt, unde acceptum eſt Gothiae nomen, Narbonaeqve inditum, diu permanſit. Qvia vero ius regni, qvod Gothi ibidem condiderunt, caput olim Toloſa, poſtea Marchionibus illis obnoxia fuit, Comites deinceps Toloſatum, atqve hinc commutata appellatione Comites S. Aegidii ab huius nominis provincia dici coeperunt. De qvibus vid. Alphonſus Del Bene in libro de gente et familia Marchionum Gothiae, eius nempe, qvae alias Septimania vocatur.*

* *De limite Auſtraſiae contra Venedos firmato vid. Fredegarius c. 75.*

III. Clothario III. proximus iure erat Fr. Childericus, qvi non magno interiecto temporis ſpatio, Theodericum Burgundiam ſibi praeripere volentem repreſſit, regno autem illo potitus, non modo non ſuſtinuit expectationem procerum, ſed imprudenter qvoqve eorum animos a ſe abalienavit, et Badillo qvodam gravius multato, in exitiale periculum incidit, atqve per inſidias poſtea eſt necatus. Ea caede facta, Theodericus Fr. regnum Burgundiae ſuſcepit, qvum iam ſenſim ſpes redintegrandae Francorum gloriae amittebatur; ei ſucceſſit filius Clodovaeus III., qvi Franciae Burgundiaeqve regnum brevi tempore tenuit, qvo rebus humanis exempto, priſca Clodovaei M. indoles plane exolevit, perinde ac ſi vetuſtas, qvae alioqvi res multas conficit ſaepeqve conſumit, corrumperet qvoqve ingeniorum vim, moresqve mutaret. Nam qvi poſtea regnavit Childebertus II. officium ſuum pariter, et veterem diſciplinam deſeruit, mentemqve a labore ad otium convertit: qvibus rebus evenit, ut Praefecti, qvos ab Ebroino inde nimia ambitio extulit, nunc omnem fere regni poteſtatem uſurparent. ¦ Inter hos Gerardus qvidam Ruſcio-

ſcinone oriundus, ſpreta ſeqventium regum auctoritate, ad ipſum qvoqve regnum Burgundiae capeſſendum excitatur, occupaturus etiam, niſi Carolus Martellus ambitioſa haec conſilia antevertiſſet, molientemqve res novas in tempore oppreſſiſſet. Ita vero langventibus Merovingorum animis, amplitudo ſplendorqve Caroli* huius auſpicato crevit, Burgundiaqve armis ipſius vindicata, deinceps ei regenda obvenit, mercedemqve hanc inſuper ipſi rependit, ut hoc veluti gradu filius eius Pipinus ad maiorem potentiam eniteretur, atqve in locum Childerici III. qvem ſtupidum vocant, ſurrogaretur, atqve ad ultimum inglorio ac pudendo fine gens Merovingorum regum terminaretur.

* *Titulum regis non ſumſit Carolus Martellus, poteſtatem revera habuit. v. Annal. Franc. ad an. 741. Sigeb. ad an. eund.*

*Noſtra hic refert, ut ſeries Francorum regum primae ſtirpis manifeſtior ſit, qvam in extremo huius capitis oculis ſubiiciantur planiusqve oſtendam. Prius vero, qvam id faciam, operae pretium erit, diſtingvere Franciam, qvae vel eſt trans- vel cis-rhenana: transrhenana vel eſt Sicambrica, priſca nempe et prima, non a Sicambria Troianorum, ut comminiſcitur Turonenſis, ſed a Sicambria Batavorum nomen hoc adepta, vel ab hac deducta emiſſaqve eſt in alienum ſolum; hoc autem vel eſt barbaricum, qvod Germaniae transrhenanae appellatione continetur, qvale eſt, qvod Sala et Moenus rigant, qvorſum migrarunt, qvando Burgundiones inde in Germaniam I. deſceſſerunt, ſive ut alii colligunt, qvando Alemanni in praelio apud Tolpiacum ſuccubuerunt, vel eſt Romanum, idqve cis rhenum, uti ſunt Tongria, Toxandria*, atqve hinc eſt Francia Cisrhenana, qvae Germaniae II. finibus comprehenditur, eiqve Ripuaria, qvam Honorius Francis attribuit, annumeratur. In hac Cisrhenana primus rex fuit Pharamundus, qvod ex Turonenſe vel hoc documento liqvet, qvod affirmat, Francos tranſiiſſe Tongriam (in vulgaribus codicibus mendoſe legitur,* Toringiam) *et* iuxta pagos, vel civitates, *reges ſibi deſignaſſe, l. 2. cap. 9. Tongria autem cis Rhenum iacet, et* pagi ac civitates *Romanae ditionis limitem certo demonſtrant.*

*Ratio*

* *De Toxandria inſignis eſt locus apud Ammianum Marcellinum libr. XVII. qvum ait,* Francos in Romano ſolo apud Toxiandriam locum habitaculi ſibi figere auſos.

*Ratio enim inſtituti, totusqve illius hiſtoriae contextus, et cohaerens continuatusqve ſcribendi modus poſtulant, ut* pagi *in ius Romanum deſcripti, et* civitates * *in Cisrhenano et Belgico Romanorum ſolo extructae intelligantur. Vel deniqve eſt Romanum ſolum in ulteriori Gallia, qvae poſtea deſiit eſſe Romanorum Gallia, qvam Franci in ea regnarunt, Galliamqve adeo ſuam fecerunt, ac iure ſucceſſionis ** fundarunt firmaruntqve. Vnde coepta eſt dici Francorum Gallia, qvam alias* Francogalliam *appellamus, ut a Francia Germanorum Orientali, ſive Auſtraſica et Lotharingica diſtingvatur, propterea qvod Franci, qvi ad limitem hunc Germaniae Orientalem progreſſi ſunt, animumqve manendi retinuerunt, origine pariter et ſede domicilioqve ius atqve nomen Germanorum conſervarunt. Qvamvis de cetero unus omnium Francorum e Germania ortus ſit, recteqve a transrhenano † limite repetatur, qvoniam hinc egreſſi, regiones cis rhenum infeſtarunt,*



* *Tales ſunt* Colonia Agrippina, Tongri *(qvae et urbs Tongrorum Turonenſi dicitur l.2.c.5.)* Cameracum, *qvas Turonenſis Antiſtes hic innuit, et l.2. c.40. et 42. commemorat. Eo vid. Lemmata antiqvitatum Francicarum §.4. et 5. Alioqvi haud neſcio, Germanos ultimos qvoqve civitates* (ſocietates iure imperandi et parendi conſtitutas) *habuiſſe, vid. Tacitus de ſitu et mor. German. c.15. et 16. collatis.*

** *Aimoinus l.1. c.12. qvi cum affirmat, Clodovaeum iure hereditario ſucceſſiſſe, tum interpretatur verba Turonenſis in eandem ſententiam concepta, lib.2.cap.27. Ac de Clodovaei et Pharamundi diſpari poteſtate teſtari poteſt exemplum ſeveritatis apud Aimonum l.1.c.12. cum LL.Sal.tit.40. et 59. collatum.*

† *1. Hic reiicimus originem ex Troianis. 2. Amovemus fabuloſam Sicambriam. 3. Nec tam apud paludes Pannoniae finitimas, ſed trans Rhenum inferiorem collocamus. 4. Nihil nos movent confictae narrationes Hunibaldi, Ioſephi Gorionidae, et aliorum, qvae priſcis et probis monumentis deſtituuntur. 5. Apud inferiorem Rheni limitem habitaſſe etiam, ex Sulpitio Alexandro, et Renato Profuturo Friderigo, qvorum reliqvias ſervavit Turonenſis, idonea ratione poteſt colligi. Vid. l. 2. c.19. Nam ex Pannonia profectos, nullo auctore idem docet, cum* tradunt, *inqvit,* multi eosdem *[Francos]* de Pannonia fuiſſe digreſſos. *Nihilo verior eſt narratio Aimoini l. 1. c.1. de geſt. Franc. 6. Concio Clodovaei, qvam adduxit Aimoinus l. 1. c.16. a me admittitur, qvatenus rebus factisqve illorum temporum congruit. Id enim ex ingenio comminiſci mihi videtur, qvod Clo-*

*dovaeum introducit* Troiugenas *appellantem ſuos Francos, qvos aevo Clodovaei interdum commutato* Sicambrorum *nomine vocarunt, minime autem* Troiugenas *dixerunt. Ibidem, qvod curſim moneo, Aimoinus temporum ſuorum credulitate deceptus, de* chriſmate, *cum ſacro fonte ablueretur Clodovaeus, a columba allato tradit, praeter et contra hiſtoriae antiqvioris fidem, V. et eo nomine Turonenſis, aevi ſcriptor Merovingici, ſineqve dubio ſcriptori temporum Carolingicorum praeferendus, qvi de chriſmate per columbam allato nihil commemorat, l.2.c.31. 7. Cum fontes Sicambriae perqvirimus, tum apud Tacitum, ſcriptorem Romanum, fideqve dignum invenimus,* Sicambros exciſos, et in Gallias traiectos, *Annal. XII.39. 8. Franci igitur aut deſcenderunt ex his Tevtonicis Sicambris, aut ſi non origine Sicambri ſunt, utiqve tamen ſucceſſerunt in eorum locum, poſtqvam a Romanis partim everſi, partim in Gallias traducti ſunt. Videntur tamen, ut multorum ſententia eſt, Tencteri qvoqve et Bructeri partem Sicambriae obtinuiſſe, limitemqve illum accoluiſſe. 9. Vnde ſeqvitur, Francos, qvum a Sidonio, Remigio, et ſcriptoribus Francis appellantur* Sicambri, *ex Sicambria Germanica trans Rhenum adventaſſe.*

*ac deinde ulterius proceſſerunt, totamqve Galliam occuparunt. Qvam ipſorum profectionem tradunt et abunde confirmarunt ſcriptores veteres, atqve originem eorum Germanicam ingenue confitentur. Trebellius Pollio, et Flavius Vopiſcus ſedibus transrhenanis excitos, in Gallias irruiſſe narrant, atqve adeo ex Germania barbarica et magna ſeſe effudiſſe, confirmant. † Procopius et Agathias diſerte Germanos vocant, ille lib. 1. bell. Goth. hic eiusdem continuat. l.1. Nec abludit teſtamentum Remigianum, qvod apud Flodoardum in hiſtoria Remenſi extat, argumento vocabuli* Biſcofesheim, *qvod ſua et vernacula, certeqve origines Germanicas denotante lingva ibidem dicitur uſurpaſſe Clodovaeus. Qvanqvam vero id teſtamentum longe multumqve a ſimplicitate aevi Merovingici, atqve inprimis a modeſtia Remigii diſcedit, praetereaqve coeptum apud Francos ſeculo IIX. ritum, et IX. inſuper fabulam complectitur, tamen ex eo manifeſto apparet, temporibus Carolovingorum, qvi per feminas ex Merovingica ſtirpe oriundi ſunt, Francorum ex Germania originem creditam, monumentisqve mandatam fuiſſe. Sed enim Franci, poſtqvam Galliam ſubegerunt, incolas Romano iuri aſſvetos legibus ſuis vivere permiſerunt, atqve hi ſunt illi Romani, qvos LL. Salicae a Francis, et Burgundionum a Burgundionibus identidem diſtingvunt. Ad rem hanc ſpectat, qvod de Gundebaldo ſcripſit*

Tu-

*Turonenſis.* Burgundionibus leges mitiores inſtituit, ne Romanos opprimerent. *l.2.c.33. Ii autem, qvi inter Romanos, qvamlibet impari conditione habitabant, ruriqve agebant vitam, et agros colebant, barbari dicebantur. At vero poſteaqvam Franci, depulſis Romanorum Impp. praeſidiis, in Gallia regnabant, meliori loco eſſe coeperunt, Romanisqve exaeqvati, qvinimo et praelati fuerunt, LL. Saliqvae tit. XLIII. 1. et 8. Similiter in LL. Burgund. in qvibus Burgundiones et Romani in pari conditione conſtituuntur, tit. X. XV. XXVI. aliqvid favori barbarorum datum eſt, relicto nihilominus inter utrosqve diſcrimine praerogativae, t. LV. par autem ſervorum Romanorum atqve barbarorum aeſtimatio eſt, t. X. 2. colligiturqve adeo, barbaros ab his advenis liberalius, atqve a Romanis qvi nuper ibi regnaverant, fuiſſe habitos, melioremqve ſic fortunam pariter et aeqviorem conditionem obtinuiſſe. Qvod autem t. XVII. de pugna Mauriacenſi inſeritur, id ſpectat* ad praelium in campis Catalaunicis *conſertum, qvod verbis Iornandis explicare liceat.* Convenitur, *inqvit,* in campos Catalaunicos, qvi et Mauricii nominantur, *de reb. Get. p. 118. Abſurdi ergo ſunt, qvi campos Catalaunicos trans Ligerim qvaerunt, Galliaeqve Narbonenſi, aut Attilam cum Aetio, eiusqve ſociis Theoderico et Merovaeo in Campania Gallica, atqve cis Ligerim, dimicaſſe. In qvo conſentiunt rerum Burgundicarum ſcriptores fere omnes, ſimulqve his Paulus Merula doctus Cosmographus applaudit.*

† 1. Φράγγοι *Procopio, et melioris notae ſcriptoribus, a Germanis plerisqve Graeciſſare cupientibus* Φραγκοὶ *nominantur. 2. Eos Libanius in panegyrico Iuliani tanqvam* Φρακτοὺς, *morum potius, qvam nominis ratione, dictos putat. Paſſim enim multa de Francorum ferocia literis mandata ſunt, qvam in ſententiam ex Sophiſtis Eumenium, et Poetis Lucanum adduco, qvorum ille Francorum* mores inconditos, naturalemqve ferocitatem animorum *enarravit: hic qvoqve eos ab ultima Batavia egreſſos per* Batavos truces *deſignavit. Spectantqve huc omnes, qvotqvot de feritate* Sicambrorum *tradiderunt, veram priſcamqve Tevtonum Sicambriam, ſive Franciam Sicambricam, innuentes. Francia enim Tongrica, cuius Proſper Aqvitanus in Pharamundo meminit, recentior eſt, firmisqve rationibus ex Turonenſe probatur. 3. Omni iure autem eos deſerimus, qvi nullo verae lectionis argumento* Φραγκοὺς *apud Strabonem inveniri opinantur. Illud qvidem largior* κελτοὺς *ab eo nominari, nec vero denotari alios, qvam Gallos, propterea qvod Strabonis aevo Franci nondum hoc nomine appellati, in Germania*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0073-4

*mania barbarica, ſive Francia Sicambrica conſiſtebant. 4. Primum autem meliori ſucceſſu, et animo manendi ſeculo V. in Galliam ſeſe effuderunt, et ſive ductu auſpicioqve Merovaei, ut vult Iodocus Coccius, ſive auctoritate imperioqve Childerici, Merovaei F. ut ſentit Fr. Hottomannus, Franciae nomen Galliis addiderunt. 5. Stephanus Byzantius ex Parthenio Phocaeo refert, Francos gentem Italiae iuxta Alpium montes fuiſſe, ut forte ſubindicet, Francos, ſubacta Gallia, usqve ad fines Italiae regnaſſe. 6. At vero de Gallis interpretantur alii, qvippe qvos Graeculi poſteriores Φράγγες vocaſſe videtur V. Thomas de Pinedo in obſervat. ad Stephan. Byzantium de urb. in hoc. vocab. 7. Qvae ſignificatio etſi ad hoc inſtitutum non pertinet, atqve inſuper haud propria eſt, minimeqve congruit accuratis hiſtoriae civilis argumentis, tamen in hoc abuſivo loqvendi genere ſic comparata eſt, ut* Κελτοῖς ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσι* *conveniat, qvos Strabo tanqvam* ἔθνος Ἰταλίας** , *ab* ὑπεραλπείοις*** *diſtingvit, nihil autem de Francis dicit, qvippe tunc ne nomine qvidem ipſi cognitis, qvum in ultimo Rheni limite poſiti, Gallias nondum ditionis ſuae fecerant. 7. Improprius ergo loqvendi modus, qvo pleriqve poſteriores Graeci uſi ſunt, nunc adhiberi non poteſt ad veteres idoneosqve ſcriptores explicandos.* † *8. Neqve ratio ſcribendi Dionis ſinit, ut eius* κελτοὶ *paria faciant cum* κελτοῖς *Strabonis, qvandoqvidem ille per Celtas ſane transrhenanos denotavit. 9. Similiter Francorum nomen etiam a poſterioribus Graecis laxius ſumptum eſt, atqve olim, illis praeſertim temporibus, qvibus fama de ſacro Francorum bello percrebuit, eorumqve nomen tot tantisqve ſucceſſionibus nobilitavit, ut generatim ad denotandos Occidentis populos adhiberetur. 10. Nihil hic addam de comparatione priſci, et ſeqvioris Francorum iuris. Prius enim, qvod Saliqvum appellatur, rudi ſtylo, Romano tamen, et ſimplicitate vel maxime a poſteriori diſtingvitur. Sane iam ſua aetate Fridericus II. Imp. ſubtilitates nimias, cavillationes atqve captiones iuris Francorum in Sicilia antiqvavit, Conſt. Sic. libr. 2. c. 17. Infra demum ſeqvitur Franco-Merovingorum genealogia.*

** ſub Alpibus, id eſt, Gallis inalpinis, ſive Cisalpinis.*
*** Gentem Italiae.*
**** Transalpinis.*

† *Si proprie autem Franci denotantur, dicendum eſt,* provincias ſubalpinas *tempore Merovingorum qvoqve Francis fuiſſe obnoxias. Poſtea autem Carolus M. Alpes ipſas imperio ſuo coniunxit.*

CAP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0074-0

## *CAPVT VI.*

*De*

# REGNI BVRGVNDICI AD FRANCO-CAROLINGOS TRANSLATIONE.

I.

CArolus Martellus, rebus ex ſententia confirmatis, Pipinum natu minorem filium Neuſtriae Burgundiaeqve rectorem impoſuit, qvem fortuna procerumqve Francorum favor usqve eo evexit, ut decreto publice facto rex Franciae deſignaretur, conciliataqve Pont. Rom. Zachariae voluntate, una omnium ſententia renunciaretur, primusqve inter Francos ſolenni *unctionis* [a] ceremonia conſecraretur. Is vero nullis difficultatibus periculisqve exterritus, annisqve pariter maturus, et multis bellis exercitatus, occaſioni non defuit, fratreqve natu maximo nomen apud ſodalitatem religioſam in Soracte monte profeſſo, Griffoneqve aetate minimo iam extincto, obtinendi regni commoditatem, rege ipſo auctoritate maior, haudqvaqvam neglexit, duosqve filios Carolum et Carolomannum procreavit, qvorum prior Burgundiam ſorte delatam accepit, et magnitudinem animi ſingularem omnibus notam fecit. Altero poſt mortuo, Carolus omnes Franciae regiones in fidem ſuam adegit, et ad Neuſtriam Burgundiamqve et Aqvitaniam, ſuperiori diviſione partas, regnum Auſtraſiae ceterasqve provincias denuo adiunxit: Burgundiam per praefectos adminiſtrari ſolitam Carolo filio attribuit, regnoqve ultra montes Pyrenaeos et Alpes prolato, ius nomenqve Auguſti Imperatoris genti ſuae intulit, ac Hludovicum ſuperſtitem habuit, qvi nec animo, neqve conſiliis Patrem aeqvavit, unde auctoritas et ſplendor ſenſim deminui coeperunt. Eo defuncto, bellum civile exarſit, qvod ita compoſitum eſt, ut Lothario I. praeter auguſtam imperii dignitatem Auſtraſia cum titulo regis Bur-

gundiae, atqve inferiori huius parte obtingeret: poſtea Lotharius I. imperio et regnis ſeſe abdicavit, inter cuius filios hac lege convenit, ut Carolo regnum Burgundiae aſſignaretur.

a. *Vnctio regalis, qvae vocatur, non uſitata fuit temporibus regum primae ſtirpis, qvod eiusmodi eſt, ut hoc argumento qvoqve teſtamentum Remigianum, prout vulgo extat, in ſuſpicionem vocetur, propterea qvod ritum continet ſeqviorum temporum, et formam ſimplicitatemqve aevi Merovingici non refert, prorſusqve a modeſtia Remigii abhorret. Eqvidem Gregorius Turonenſis meminit unctionis, qvum refert, Clodovaeum M.* ſacro chrismate delibutum, *l.2. c.31. Sed haec unctio diverſi generis fuit, pertinuitqve ad actum baptismi, ac minime adeo fuit pars regalis conſecrationis, ſive eius unctionis, qvae poſterioribus ſeculis in regum inauguratione peracta eſt. Vid. Lemmata antiq. Franc. §. 21.*

b. *Hiſtoria ſucceſſionis et diviſionis Carolovingorum ſumitur ex Eginharto, ex annalibus antiqvis Francorum a Petro Pithoeo, Marqvardo Frehero, et Iuſto Reubero editis, Aimoino, Adone, Reginone, Chronico Benigniano, annalibus Burgundicis, aliisqve publicis et fide dignis monumentis. Vtqve ab initiis rem totam repetam, tradit qvidem Pontus Heuterus, Carolomannum et Pipinum, Caroli Martelli filios, Franciam Burgundiamqve et Auſtraſiam ſumma concordia per qvinqvennium rexiſſe. Qvod tamen non ita intelligendum eſt, qvaſi coniunctim pradicta regna adminiſtrarint, qvippe qvae ſub utroqve ſeparatas regiminis rationes habuerunt, ſed qvia ſine aemulatione, ſineqve diſſidiis et turbis utriqve regna ex pacto convento adminiſtrarunt, Childerico III. ob langvorem et ignaviam contempto, et nihil mutare auſo. Griſo tamen in partem dignitatis venire volebat, fratresqve aeqvi et iuſti oblitos qverebatur, vindicaturus armis, ſi vel ſuis, vel alienis viribus fultus fuiſſet. Summa diviſi huius regiminis, et turbidi Griſonis conſilii, et praefectorum palatii auctoritatis, plane regiam aeqvantis, imo tunc ſuperantis, totiusqve rei eventus perſpicitur in annal. Franc. ad an. 741. 748. 750. 751. 752. Igitur Pipinus Neuſtriam Burgundiamqve partitis rationibus adminiſtravit, ingreſſoqve monaſterium Carolomanno, ſolus obtinuit, et annitente deinceps Bonifacio Archiep. Moguntino, de aſſenſu procerum populiqve Francorum rex factus, poſtqvam e vita deceſſit, regna ſua Carolo et Carolomanno filiis dividenda reliqvit: qvo factum eſt, ut*

*ut iuxta cum Neuſtria et Aqvitania regnum Burgundiae devolveretur ad Carolum, poſthaec cognomen magni adeptum, qvi fratre Carolomanno rebus humanis exempto, qvod anno 771. contigit, omnia Franciae regna coniunctim ſuſcepit. V. Annal. Fr. ad an. eundem. Eginhartus de vit. Carol. M. c. 3. Adelmus Benedictinus ad ann. 771. Illud vero hic de Carolo M. addit auctor chronici Benigniani, eum filium natu maximum, cui nomen erat Carolo, Burgundiae regendae impoſuiſſe, Vignier. Chron. Burgund. ad an. 781. collat. an. 810. Eis dictis iudicari poteſt, qvo iure Aub. Miraeus Carolomannum Caroli M. Fr. Burgundiae regem appellarit. in annal. Belg. ad ann. 768. Neqve ex eo, qvod Burgundia Ciſararica ex pacto diviſionis Carolo Calvo obtigit, colligi poteſt, iure eius pacti fuiſſe Burgundiae regem. Illa enim a tempore inde Clodovaei M. ex veteri Burgundiae regno decerpta, Neuſtriaeqve innexa videtur, qvod de cetera Burgundia non perinde valet. Omnino autem ſentio,* mendum eſſe in Aimoino, *pactum diviſionis inter Ludovici Pii filios initum commemorante, qvandoqvidem pro Burgundia, quae nunqvam Ludovico Germanico aſſignata eſt, Bavaria illo diviſionis pacto ſine dubitatione Ludovico Germanico ceſſa reponi debet.*

II. Carolo ſine liberis mortuo, Burgundia inter fratres eius ſuperſtites diviſa eſt, qvorum alter, Ludovicus heres nominis II. imperio Romanorum regnoqve Italiae potiebatur, alter Lotharius iunior dictus, Auſtraſiam in poteſtate ac ditione ſua tenebat, qvi ſimulac in vivis eſſe deſiit, non potuit ſe continere Carolus Neuſtriae rex, qvin Burgundiae pariter Lotharingiaeqve inhiaret. Sed qvo minus eas tam inſignes luculentasqve regiones Franciae Neuſtricae adiiceret, Ludovicus II. Imp. prohibuit, Romanusqve Pontifex etiam ab iniqvo et inſolenti conatu ipſum dehortatus eſt, et miſſa legatione effecit, ut pax tranqvillitasqve conſervaretur. Dehinc e vita migravit Ludovicus II. maiorqve ſtatim Caroli ambitio apparuit, qvum fraudibus aſtuqve niteretur, ut ſuperius conſilium perficeret, finitimaqve haec regna propinqviori agnato praeriperet, avidumqve habendi animum expleret.

c. *Hic qvaedam diſtincte notanda ſunt, qvorum I. in eo poſitum eſt, ut pactum diviſionis velut regula ac fundamentum habeatur, qvod apud*



*Vi-*

*Virodunum Galliae oppidum anno 843. initum iureqve iurando firmatum eſt, annal. Fr. ad h. an. II. Qvo Lotharius I. imp. Burgundiam cis- et transiuranam obtinuit. III. Is poſtqvam ſeſe imperio abdicavit, eius filii Carolus, et Lotharius iunior Burgundiam ſortiti ſunt, qvorum illi Burgundia transiurana cum Provincia, huic cisiurana obvenit, imperium Romanorum regnumqve Italiae apud Ludovicum II. manſit. IV. Mortuo ſine prole Carolo, Burgundiae transiuranae et Provinciae rege, Carolus Franciae occidentalis rex, qvi et Calvus dictus eſt, in Burgundiae poſſeſſionem, invitis autem Ludovico II. et Lothario iuniore fratribus, admitti voluit. Nullo ſane iure, qvia pacto ceſſionis, qvae Carolo Calvo facta eſt, Burgundia non continebatur, et qvum Lotharii I. propago deficiebat, iure erat propior Ludovicus Germanicus, natu qvippe Carolo Calvo maior. V. Iurato ergo diviſionis pacto Francia Orientalis ab Occidentali ſeparata eſt, ut neutra in alteram ius haberet, ex eiusqve praeſcripto Carolus Calvus a regnorum Burgundiae pariter et Auſtraſiae excluderetur. VI. Igitur Carolo Calvo iure ſe oppoſuerunt Ludovicus II. et Lotharius iunior, Caroliqve fratris hereditatem diviſerunt. Minime autem Regino memorat, Carolum Calvum in partem diviſae hereditatis veniſſe, ſed controverſiam duntaxat inter ipſum Lothariumqve coeptam tradit, ad an. 858. VII. Odorannus locuples teſtis eſt, Ludovicum II. inauguratum fuiſſe Burgundiae regem, qvo argumento conficitur, Carolo Calvo id haudqvaqvam obtigiſſe. XII. Poſt haec anno 870. ſuper Lotharii iunioris hereditate, inter Ludovicum II. et Carolum Calvum convenit, ut inſignem eamqve remotiorem Burgundiae partem haberet Carolus Calvus. Vid. Regino ad d. an. Nithardus l. 4. Conf. Aimoinus, Sigebertus, qvorum hic an. 871. ſupputat. IX. Ex Burgundiae regno, cuius pars Rheno propinqvior Ludovico II. Aug. relicta eſt, Carolus Calvus Viennam Boſoni, uxoris fratri, regendam commiſit, ut eſt apud Aimoinum, l. 5. c. 27. edit. Freher. X. Eidem altius evecto primates Burgundici apud Mantalam, qvae ditionis Viennenſis eſt, congregati, Burgundiae regnum, qvod ab eo prenſari ſciebant, capeſſendum obtulerunt. V. acta conventus apud Gvil. Paradinum lib. 1. pag. 105. 109.*

III. At vero Carolus Calvus futuros caſus providere non potuit, pronoqve in Boſonem, uxoris Iudithae fratrem animo, ſucceſſorum nepotumqve fortunam incautus futuriqve ignarus corrupit, qvum Boſo ingratus, ſpretaqve ipſius nepotum, Carolomanni et Ludovici aetate elatior, inſurgere, et magnam

rebus novis materiam dare, inſtigatusqve a coniuge Hermengarde regnum Burgundiae occupare inſtituit, prorſusqve Optimatibus perſvaſit, ut Comitiis apud Matalam habitis rex Burgundiae crearetur. Qvibus rebus etſi in multa ac magna pericula incidit, propeqve ad deſperationem redactus videri potuit, tamen contemptis, qvae inſtabant, difficultatibus, nullos vel labores, vel moleſtias vitavit, et urgentibus Viennae obſidionem hoſtibus, callide ceſſit elapſusqve eſt, et hinc arrepto ex temporum neceſſitate conſilio, Arelatum ſe recepit, ibiqve ſedem regni fixit, et diſtractis bello Normannico Francis, factaqve diſſenſione impeditis, ad ultimum vitae tempus ſervavit. Exinde vero poſteris temporibus ſumta eſt occaſio appellandorum regum, ut qvi antehac Burgundici, deinceps *Arelatenſes* recentiori nomine dicerentur.

*Per capita res haec explicanda eſt, ut planius meliusqve ratio et origo appellationis regni Arelatenſis cognoſcatur. I. Boſo non Arelati, ſed apud Mantalam, in finibus Viennae ſitam deſignatus creatusqve rex eſt. II. Annus regiae Boſonis inaugurationis in actorum eventorumqve commentariis adhuc extantibus notatur DCCCLXXIX. Vid. Paradinus paulo ante in hanc ſententiam adductus. III. His ita geſtis, Vienna, Galliae Narbonenſis urbs, a Ludovico et Carolomanno, cui praeter Aqvitaniam Burgundia obtigit, obſeſſa eſt, cumqve ibi ſe non tutum fore provideret, relictis in urbe liberis, clam diſceſſit, Arelatumqve pervenit, et dedita poſt Vienna, cum urbis huius, tum Burgundiae Ciſararicae iacturam fecit, ut auctor eſt Aimoinus, ſcriptor fide dignus. IV. Qvoniam vero non liqvet, an Boſo trans Iuram regnaverit, pro certo nihilominus affirmari debet, provinciam Arelatenſem cum metropoli eiusdem nominis in fide ditioneqve Boſonis manſiſſe. V. Proinde qvum ſcribit Aimoinus, Francorum, Burgundionumqve et Aqvitanorum Proceres Odonem Caroli ſimplicis, Ludovici Balbi F. tutorem conſalutaſſe regem, ſine dubio cis Ararim incolentes deſignavit, l. 4. c. 41. edit. Freher. VI. Iidem Ciſararici Burgundiones, lite ſuper ſucceſſione in regno Franciae agitata, cum plerisqve aliis provinciis Carolum Craſſum ad ſuſcipiendum Franciae occiduae regnum invitarunt. Huc indicem digitum intendit Sigebertus Gemblacenſis Chronogr. ad an. 885. VII. Sed ea Burgun-*

*gundiae portio, qvae Provincia Arelatenſi continetur, in fide Boſonis permanſit, atqve eius cauſa* Provinciae regulus *dictus eſt, Sigebertus ad ann. 880. IIX. Rex Arelatenſis, qvatenus de veris et antiqvis monumentis loqvor, nunqvam dictus eſt, qvod cum ex ſtylo eius ſeculi, qvo regna non ab urbibus, ſed a provinciis appellata ſunt, tum ex uſu tractationeqve illius aevi diplomatum conſtat. IX. Itaqve ſcriptores aliqvi, cum Boſonem Provinciae, aut Arelatum regem vocant, de ſententia Ponti Heuteri eum per contumeliam ſic vocaſſe videntur. X. Inter provincias Galliae Aqvitania qvidem per ſe regni titulum accepit, qvod fide monumentorum Carolovingicae aetatis comprobari poteſt. Sed de provincia Arelatenſi id non perinde valuit, qvae poſtqvam fieri coepit regni Burgundici pars, nunqvam per ſe regni nomen titulumqve habuit. XI. Qvamobrem non accurate tradidit Nicolaus Vignierius, Boſonem regis Arelatenſis nomine, qvam Burgundiae celebratiorem fuiſſe, in Burgundionum Chronico ad ann. 882. XII. Certe enim, qvod ego ſciam, in monumentis Carolovingicis, ad qvae Vignierius lectorem delegat, Boſoni non eſt aſcriptus regis Arelatenſis titulus. XIII. Regino, qvem Vignier citat, affirmat qvidem, Boſonem* in regem, ſuper Burgundiae regnum inunctum, *Chron. lib. 2. ad an. 879. Nusqvam tamen vel ille, vel alius ſeculi Carolingici ſcriptor eum regem Arelatenſem appellavit. XIV. Qvod documento eſt, hunc titulum ſtylo pragmatico aevi Carolini non fuiſſe receptum. XV. Vulgo tamen, et praeſertim ſcriptores recentiores Arelatenſe regnum dicere conſveverunt, a vera germanaqve aevi Carolingici antiqvitate haud modice deflectentes. XVI. Non ergo uſu illorum temporum paria faciunt titulus regis Provinciae, et titulus regis Arelatenſis, qvamvis iſte etiam non tam ad rationem iuris, uſumqve pragmaticum, qvam ad inſectationem contumeliamqve ſit fere comparatus. XVII. Illud alioqvi non inficiabor, urbem Arelatenſem, collocato ibi a Boſone domicilio, maiorem amplitudinem ſplendoremqve fuiſſe nactam, qvam cum ſecuritatis, tum commoditatis cauſa delegit Boſo, qvod vix alia aeqve eſſet opportuna ad Provinciam Burgundiamqve in obſeqvio retinendam. Simul et ipſi percommoda fuit ad repetenda, qvae Franci ſuperiori tempore occupaverant, praeſertim cum bello Normannico diſſidiisqve inteſtinis conflictarentur. XIIX. Maxime autem Provincia Lugdunenſis Boſoni in ſummas anguſtias adducto, miſeroqve iam et prope extorri operam et fidele auxilium praeſtitit, cauſamqve eius ſemel ſuſceptam non deſerendam duxit. Fuitqve haec Gallia, qvae Lugdunenſis dicitur, ad memoriam nominis*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0080-3

*nis Burgundici tam inſignis, ut cumprimis ipſa Burgundiae nomen retineret.* *XIX. Extremo hoc addendum puto, qvod Romani a Burgundionibus non aſciverunt ſibi titulum, qvod tamen iure poterant, maxime qvum ab Aetio victi fugatiqve erant. Sed qvia Aetius maximam eorum partem concidit, ut aegre qvaedam reliqviae ſervarentur, ac deinde Valentiniano III. auctor fuit, ut in ulteriorem Galliam traduceret, iisqve poſthac amicis uteretur, Romani, apud qvos non perinde ac apud Graeco-Romanos vanus immodicusqve titulorum uſus fuit, ſive infra ſuam gloriam duxerunt a reliqviis illo fortunae ſtatu contemtis ſumere titulum, ſive utilitati ſuae ſervientes, collectas nonnihil poſteaq; inſtauratas amicitia ſocietateqve ſua potius dignari, qvam inſolenti titulo offendere, prorſusqve a ſe abalienare voluerunt, cauti et inſtantium providi, qvando tot hoſtes immanitate terribiles ad irruptiones praedasqve ſe comparabant, graſſariqve ferocius et irruere denuo in Romanorum fines cupiebant. XX. Id vero plus oſtentationis, qvam iuris habuit, qvod Impp. Graeco-Romani Francicos ſe appellarunt, qvamvis Franci nunqvam ita a Romanis victi fuerint, ut eorum iugum ſubirent. Fuitqve hoc eiusmodi, ut Theodebertus Francorum rex in parte iniuriae poneret, cauſamqve belli interpretaretur. Agathias l.1. de bell. Goth. Chriſtophoro Perſona interprete, ait.* Non ferendum eſſe exiſtimabat (*Theodebertus*) Iuſtinianum Imperatorem ſuis et imperatoriis praeſcriptionibus titulisqve Latine, Alemannice, Gepediceqve et Langobardice, et eiusmodi (*puta Francice, et id genus aliis*) nuncupationibus praedicaſſe ſe gentes has omnes et nationes ſubactas habere. *XXI. Sed enim Burgundicum illud vetus regnum, qvod ſine dubio ab Imperatore Graeco-Romano luxuriae titulorum indulgente tanqvam regni Franciae acceſſio habitum conſultoqve omiſſum eſt, poſthac laceratum, et pro inferiori parte, qvae ab Alpibus ad Rhodanum porrecta eſt, Boſoni obnoxium ſubiectumqve fuit. XXII. Boſo autem anno decimo poſt conditum in provincia Arelatenſi et Maſſilienſi regnum deceſſit, cum Dionyſiana Epocha 889. ſignaretur. XXIII. Ei ſucceſſit Ludovicus ex Hermengarde filius, vulgo Boſonides appellatus, deinceps Imperator et rex Italiae contra Berengarium creatus. Qvi poſt captus indigneqve habitus impuberem filium Carolum Conſtantinum in regno Burgundiae inferioris ſucceſſorem habuit, cuius tutor Hugo ad capeſſendum Italiae regnum accitus, inſigniorem eius partem dolo malo abalienavit, et Rudolfo, antehac ad eam dignitatem conſeqvendam a Principibus Italiae evocato, poſteaqve in odium ipſorum adducto ceſſit. Ea vero iactura Carolum Conſtantinum*

*per-*

*permovit, ut factus adultior nomen dignitatemqve regis cum titulo ducis commutaret, et partem provinciae Lugdunenſis Viennamqve retineret, qvippe potentia et opibus impar futurus Rudolfo aemulo, qvem Proceres Burgundiae, qvae inter Iuram Poeninasqve Alpes iacet, anno 888. regem elegerunt. Atqve haec ſunt primordia novi regni Burgundiae Iuranae, qvae complectebatur Helvetios Orientales (Occidentales enim Ciſiuranae annumerantur) partem Allobrogum, ubi Sabaudi colunt, Briſgoviam, Suntgoviam, Vchtlandiam, Cremerlandiam, et praefecturam Tigurinam, ubi ſiti ſunt Cantonum, qvi vocantur, pagi. XXIV. Dehinc regno Iurano acceſſerunt partes Burgundiae inferioris, qva continentur Civitates ad Rhodanum, atqve in his praecipue Arelatenſis. XXV. Atqve hi Iurani reges non modo ex inferiori Burgundia Provinciam, ſed ex ſuperiori Germania Alemanniam, ſive Sveviam acqviſiverunt. Vnde reges Provinciae vocari coeperunt, et ut vulgo ferunt, etiam reges Arelatenſes, qvippe qvae urbs eorum ditionis, atqve regia etiam ſedes fuit. XXVI. De cetero imperatores Romanorum regesqve Germaniae huic novo Burgundiae regno haudqvaqvam renunciarunt, qvum certis nec fallentibus ſignis animum domini comprobarunt, partim qvia ad ſucceſſionem Boſonis Carol. Craſſus, ac deinceps ad ſucceſſionem Ludov. Boſonidae Arnolphus, ſupremi iuris argumento, conſenſum iudiciumqve interpoſuerunt partim qvia regnum Iuranum, portionesqve Carolo Conſtantino praereptas, vindicarunt, ſiqvidem Arnolphus ius ſupremi in Burgundiam dominii vel eo ipſo ſatis declaravit, qvod contra Rudolfum I. tanqvam malae fidei poſſeſſorem, inſtructum miſit exercitum, partim qvia Otto M. regnum Burgundicum, pariterqve eius regem Conradum Rudolfi II. filium, ad leges iuris beneficiarii redegit, partim qvia Rudolfus III. Burgundionum rex ſine liberis decedens Conradum Saliqvum heredem Burgundiae inſtituit, regnumqve antea iure duntaxat fiduciario Germaniae obnoxium, Galliaeqve Lugdunenſis nomine Friſingenſi dictum, regno demum Germanico illigavit, ut vera eius germanaqve pars deinceps eſſet, ac uno eodemqve ſupremo domino regeretur, et firmo perpetuoqve* ſubiectionis *nexu obligaretur. Huc vid. Regino, Flodoardus, Otto Friſingenſis, Sigebertus Gemblacenſis, Idacii ſupplementum, Chronicon Benignianum, Paulus Aemilius, Gvilelmus Paradinus, Nicolaus Vignier, Andreas Qvercetanus, Pontus Heuterus, et permulti alii ſcriptores antiqvi et recentiores.*

ducis
eret,
ceres
egem
nae,
nae
unt-
ubi
ac-
Rho-
eges
ania
cari
urbs
ato-
ud-
mini
lein-
nen-
num,
nol-
qvod
t ex-
s re-
rtim
Sa-
axat
isin-
aqve
irmo
par-
m,
ico-

MEROVAEVS. *

CHILDERICVS.

CLODOVAEVS M. ** CHROTILDIS Vx. AVDEFLEDA. *** LANTHILDIS. §. Turon. l. 2. c. 31.

† THEODERICVS. rex Auſtraſiae ex pellice, Turon. l. 2. cap. 28.

CLODOMIRVS. rex Aurelianor.

CHILDEBERTVS. rex Pariſiorum. ἄπαις.

CLOTHARIVS I. rex Sueſſionum, mortuis fratribus, ex Theodebaldo et Theoderico Fr. pronepote, totius Galliae Burgundiaeqve rex factus. Huius qvatuor filii ſuperſtites, ſorte regnum diviſerunt. Vid. Fredegarius c. 54. Aimoinus lib. 3. cap. 1. Turon. lib. 4. cap. 3. ſeptem eius liberos adducit, qvorum qvatuor ex legitimo connubio ſuperſtites ſubiunxi. Conf. P. Diaconus lib. 2. cap. 10. de geſt. Langob.

THEODOALDVS. GVNTARIVS. CLODOALDVS. Vid. Turon. l. 3. cap. 18. et Aimoinus lib. 2. cap. 4. et 17. Duo horum a patruis Clothario et Childeberto occiſi: tertius Clodoaldus fuga elapſus, Ordini ſacro ſe addixit.

THEODEBERTVS.

THEODEBALDVS ἄπαις, qvi heredem ſcripſit Clotharium, qvi utramqve Burgundiam cum regno Francogalliae coniunxit, extinctaqve Theoderici propagine, IIX. Burgundiae rex evaſit. In progenie Theoderici corrigendus eſt Gervaſius Tiberienſis ex Aimoino, lib. 2. cap. 25.

CHARIBERTVS. rex Pariſ. pellicum amori deditus, ſine filiis deceſſit, Tur. l. 4. cap. 26. Aimoinus l. 3. cap. 2.

SIGEBERTVS. rex Auſtraſiorum.

CHILDEBERTVS.

THEODERICVS. V. Aim. l. 3. c. 8.

THEODEBERTVS.

SIGEBERTVS. CORBVS. CHILDEBERTVS. MEROVAEVS. ex pellice ſuſcepti, atqve adeo a ſucceſſione per Clotharium II. excluſi. Aimo. libr. 3. cap. 89. 91. 93. et libr. 4. cap. 1.

.... MEROVAEVS, filii naturales, a patruo Theoderico occiſi, Aimoinus lib. 3. cap. 97.

CHILPERICVS. rex Sueſſionum.

GVNTRAMNVS. rex Aurelianorum, ſine liberis deceſſit, et Childebertum ex fratre nepotem inſtituit heredem.

THEODEBERTVS. MEROVAEVS. CLODOVAEVS. Aimon. lib. 3. cap. 6. 54. 59.

CLOTHARIVS II. qvi omnia Franciae regna rurſum coniunxit.

DAGOBERTVS M.

ARIBERTVS.

CLODOVAEVS II. vid. epit. Franc. c. 44.

SIGEBERTVS, filius nothus.

CLOTHARIVS III. ſine filiis deceſſit.

CHILDERICVS. nullos reliqvit liberos.

THEODERICVS.

CLODOVAEVS III.

CHILDEBERTVS II.

DAGOBERTVS II.

CLOTHARIVS IV.

THEODERICVS III. al. II. Cala dictus, a Monaſterio, in qvod abreptus fuerat.

CHILDERICVS III. Rex Merovingorum ultimus, V. annal. Franc. ad ann. 752.

* *Hoc rege Galliae additum Franciae nomen tradit Iodocus Coccius in Dagoberto cap. 2. Chronica Francorum in Merovaeo. Fr. Hottomannus a Filio eius Childerico nomen Francogalliae arceſſit, ut ſupra de eius ſententia diximus.*

** *Iornandi Lodoin, al. Ludevicus.*

*** *Soror, nupta poſtea Theoderico Oſtrog. in Italia regi. Vid. Turonenſis lib. 3. cap. 31. Aimoinus lib. 2. cap. 1. unde corrigendus eſt Iornandes de reb. Get. p. 141.*

† *Ingomer (al. Ignomer) primus ex legitimo connubio filius,* in albis, *ut tunc dicere ſolebant, mortuus. Turonenſis lib. 2. cap. 29. De ritu in albis conſtituendi vid. poſt Ambroſium Rabanus Maurus, lib. 1. cap. 29. de inſt. Cler. ex eoqve Gratianus part. 3. diſt. 4. cap. 91.*

I. Reges Franco-Merovingos diſcordia, crudelitas, libido, ignavia evertit. II. Diſcordiae materiam dedit regni diviſio. III. Reginae illi regno utiles, et perniciosae fuerunt: inter illas Clothildis raro qvodam exemplo eluxit: inter has praecipua diſcordiarum et ſeditionis flabella fuerunt Brunechildis * et Fredegundis. IV. Regnum maxime crevit auſpicio ductuqve Clodovaei M. a cuius virtute poſteri non feliciter deflexerunt: atqve hinc intelligitur cauſa ſtomachi et qverelarum Turonenſis lib. 5. a principio, collat. epitome Francorum cap. 44. V. ab eo tempore, qvo Theodericus et Theodebertus ab avia Brunechilde adverſus Clotharium inſtigati ſunt, fatalia deinceps et inter fratres coepta, ac nunqvam ſincere ſopita odia, committente eos inter ſe Clothario II. cum adoleviſſet, damnumqve ab iis ſibi illatum aliter ulciſci non poſſet. VI. Hinc aemulationis invidiaeqve exemplum ad ſucceſſores ſiniſtro omine tranſmiſſum eſt. VII. Omiſſa regni cura, regiae auctoritatis, regniqve tandem iacturam fecerunt. Cuius converſionis haud laetum initium in Clodovaeo II. apparuit, ep Franc. c. 44. IIX. Huius filius Theodericus Monacho, qvam regi ſimilior, Theoderici III. et Childerici III. fortunae proluſit, ut regni infulas cum cucullo commutarent, et more illorum temporum in monaſterium, velut in cuſtodiam, mitterentur. IX. Dum ita hi reges monachos magis, qvam reges praeferunt, luxuqve effoeminantur, creſcere interim praefecti Palatii, qvos maiores domus vocant, Proceresqve indignari, et acerbe conſulere in reges, publiciqve contemtus exemplum in eos ſtatuere coeperunt, deſignato qvodam Chilperico Daniele, qvi continuam Merovingorum ſucceſſionem interrupit, fuitqve hinc ſpreta regum auctoritas, nec prius inſtaurata eſt, qvam regnum Childerico ſede moto, et in monaſterium rapto, ad Carolingos deferretur. Fundamentum iecit Carolus Martellus, Pipini Heriſtalli ex Plectrude filius, qvem Gregorius II. et Gregorius III. Pontifices per legatos de auxilio contra Langobardos ferendo appellarunt, propterea qvod omnem regni poteſtatem, praeter nomen regis, tenebat. Hinc in literis a Gregorio III. ſcriptis *Dominus excellentiſſimus filius Carolus ſubregulus* nominatur. X. Childericus III. Theoderici (qvem III. alii II. vocant) frater, non filius fuit. Vnde corrigendae ſunt genealogiae vulgares, et ſcriptores pleriqve recentiores, atqve inter hos Ioannes Buſſierius, et perplures. Nam Monachus Egolismenſis, omni exceptione maior, et Chronicon Bertinianum monumentaqve alia me confirmant, Theoderico III. al. II. ſucceſſiſſe fratrem Childericum III.

* *Qvanqvam eius hortatu decem parricidia patrata ſunt, tamen ab aliis laudatur, qvaſi invidia haec crimina feminae per ſe innocenti affinxiſſet. Sed laudes illae a pietate ſumtae, non aliter intelligendae ſunt, qvam qvod plurima templa extruxit, opereqve externo ſanctitatem prae ſe tulit, more illorum temporum, credulitate deceptorum, tanqvam ita omnia crimina ſtatim expiarentur, ſi labe vitiorum polluti, multa et opulenta monaſteria aedificarent. V. Cocc. Dagob. cap. 7. et Lemmata Antiq. Fr. §. 20.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0084-5

QK II n 1458

n 6

VD17

4 veniunt appellatione pertinentiarum que statuto vel cõsuetu-
dine vel lege deputata sunt vt accedant interdicto vnde statu-

...co. ⁊ tpe hr ꝑ dominio. l. tritici. l. qequ. vt. l. ita ſtipulat ...
ſtipulat⁹. §. griſogon⁹. ff. de v̄b. ob. fac̄. l. ſi cū dotē. i ꝑn. cū ibi no. ff.
...ma. Cū ergo in caſu nr̄o ꝑdictus Laurētius haberet poſſeſ-
...nē de qua agimus cōem cū Joāne de burgēſibus: qm̄ due ter
...e partes pro indiuiſo erāt dicti Laurētij: ⁊ alia tertia erat di-
...i Joannis ⁊ plus erat dicti Laurentij palatiū ⁊ quedam alie
...s ⁊ demū dicti Laurētius venerit ad diuiſionē cū dicto Joā
...e: ⁊ tetigerint ſibi in ptē plura bona diſtincta ⁊ ſeparata ⁊ ſil-
...e: ⁊ nemora remāſerint cōia ⁊ indiuiſa: vt pz ꝑ inſtr̄m diuiſio
...s de quo. s̄. manifeſte cōcludit: ꝙ dicte ſilue ⁊ nemora non ve
...unt in dicta diuiſione: q̄ cōcluſio aperte ꝓbatur ꝑ v̄ba dicti in
...ruměti vēditionis dū in eo dr̄ duas tertias ptes ſuarū poſſeſ-
...onū dicti Laurētij ꝑ indiuiſo. vez terras laboratiuas vineatas
...das pratiuas boſchatas ⁊ al̄s quaſcunqꝫ q̄ pro alia tertia par
...e tenent̄ ꝑ diuiſo ⁊ poſſident̄ ꝑ Joannē Nic. de burgēſibus de
...nis: ex quibus v̄bis clare cōcludit̄ ꝙ tm̄ fuerūt vēdite due ter
...e ptes bonorū diuiſorū ⁊ nō bona q̄ hēbat cōia ꝑ indiuiſo. vn̄
... verba ſint clara nō eſt opus alia interpretatiōe. l. ille aut ille.
...cū in v̄bis. ⁊ l. nō aliter. ff. de leg. iij. in incertis em̄ nō certis lo
...s eſt cōiecturis. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de ver. ob. Cum ergo in
...ſu nr̄o ſilue: ⁊ nemora remāſeriut indiuiſa. ⁊ ſic eſſent cōia ꝑ
...diuiſo nō cōprehendunt̄. in dictis verbis † ad illū em̄ caſum
... quē v̄ba nō adaptant̄: nō adaptat̄ diſpoſitio. l. ſi ſeruū. §. nō
...rit ptor. ff. de acqui. here. l. vnica. §. finaūt ad deficientis. C. de
...du. tol. que etiā cōcluſio clarius cōfirmat̄ ex v̄bis q̄ poſtea ſe-
...unt̄ in dicto inſtr̄o dū dr̄ vez. illas duas tertias q̄ dicto Laurē
...o vēditori tetigerūt in diuiſione: q̄ꝫ dictus Laurētius fecit cū
...cto Joāne q̄ poſſeſſiōes ⁊ bona ſita ſunt in comitatu ſeneñ. in
...uiſione aūt quā fecit dictus Laurentius cū dicto Joāne nō te
...gerunt ſibi in ptē ꝑdicte ſilue: ⁊ nemora de quibus agimus: ſꝫ
...a indiuiſa remanſerunt: vt pz ex dicto inſtr̄o diuiſionis. item
... nemora nō veniūt in dicta venditione nec includunt̄ in ver
... vēditionis a quib⁹ v̄bis clarius dicti Ȝctus vēditiōis
...alr ⁊ inqꝫdā. d. l. nō aliter cū ſi. qm̄ ad cōſiderandum ad qd
...ieda. l. fideiuſſ... ſit obligatus ex Ȝctu ipſius: verba ſunt in-
...fideiuſſores magiſtratuū. §. ſi. ff. de fideiuſ. l. lecta. ff. ſi

4 † veniunt appellatione pertinentiarum que ſtatuto vel cōſuetu-
dine vel lege deputata ſunt vt accedant interdicto vnde ſtatu-
tū eſt: ꝙ accedant etiam mobilia ⁊ dāna. l. j. §. rectiſſime. ff. de vi
⁊ vi ar. Item hereditati oīa que in hereditate inueniunt̄ etiā ſi
nō fuerunt teſtatoris. l. itē veniūt. ff. de peti. here. ⁊ plura proſe-
quitur exempla Jnn. vnde dicit quod ſi petitur eccleſia vel ca-
ſtrum vel alia cōſilia cum pertinētijs ſuis ea que ſunt deputata
vt accedant ſtatuto vel conſuetudine peti intelliguntur vt ibi la-
tius per eum: quem in hoc vidētur ſequi doctores. ⁊ eius dicta
latius ⁊ notabili⁹ proſequit̄ Jo. cal. in ſuo ſolēni conſilio quod
incipit gregorius nonus. ſed de conſuetudine videtur quod ſil-
ue ⁊ nemora accedant predijs ⁊ poſſeſſiōibus. ⁊ cenſeant̄ eſſe de
pertinentijs predioꝝ ⁊ poſſeſſionum: ⁊ ita vr̄ eſſe de conſuetudi-
ne communis vulgaris intellectus. igit̄ dicte ſilue ⁊ nemora in-
cluduntur ſub illis verbis cū pertinentijs ſuis facit pro predi-
etis qꝛ verbum pertinere vr̄ latū verbū. l. pertinere. ff. de ver. ſig.
facit. l. ſi ego. §. idē ait. ff. de publi. ⁊ l. ſi titio. ff. de vſufr. ⁊ l. inter
ſocerum. §. cū inter. ff. de pac. dotalibus cum ſi. que allegat Jo.
cal. in dicto cōſilio. ¶ Sed pro ſolutione eſt aduertenduz quod
licet forte dici poſſet ꝙ ſi vendidiſſet dictus Laurentius poſſeſ-
ſiones ſuas ſimpliciter cum iuribus ⁊ ptinētijs venirent dicta
nemora tanꝙ pertinentia. Tū̄ ex quo nō ſimplr̄ vendit poſſeſ-
ſiones ſed ſpecificat res particulares petias terraꝝ etiā boſcha-
5 tas. dico ꝙ † appellatione pertinentiaꝝ nō veniunt alie res par-
ticulares. ⁊ ſic nō veniunt dicta nemora. hoc clare colligitur
dictis Jnn. in. d. c. cum ad ſedē. vbi notanter dicit ad ꝓpoſitum
prout. s̄. relatū eſt ꝙ illa ſunt de pertinentijs que ita deputata
ſunt vt accedant. ⁊ ſic ꝙ ſint tanꝙ acceſſorium ad ipſam rē prin-
cipalēſed vt dixi vna res particularis alteri nō accedit. Nec
de pertinentijs poſſeſſionis ſiue poderis in vniuerſo prout
tim etiā dicā. ¶ Preterea ſi accedentia ſequunt̄ naturam ei
cui accedunt. vt in regula acceſſoriū cum materia. ff. de reg. i
in. vj. in. l. cū principalis. ff. de reg. in. ⁊ l. Aurelius. §. legatū
de libe. lega. ergo cum in principali ſit dictū de predijs ⁊ reb
diuiſis: ita pariter debemus intelligere de ipſis accedentib⁹

bligatus ante ꝯctam ſocietatē lucra [illegible] magis
tenſe[illegible]caſſe ꝓ eo tpe quo erat obligatus. cenſendū em̄ eſt fidē
[illegible]nam ſeruaſſe arg. l. merito. ff. ꝓ ſocio. iuncta. l. j. ff. de pac. ⁊ in. l.
. ff. de conſti. pecu. ꝓ his accedat: nā in his q̄ aguntur inter do-
meſticos ex quo plena ꝓbatio haberi nō pōt vt tradit in. l. cō-
ſenſu. C. de repudijs. ⁊ in. c. in literis extra de teſti. ſufficit illa ꝓ
[illegible]atio ꝑ cōiecturas q̄ haberi pōt vt tradit in dictis iuribus fa-
cit. l. nō oīs. §. a barbaris. ff. de re mili. ⁊ tradit Bar. in. l. in illa
[illegible] vltimis verbis. ff. de ver. oblj. ⁊ ideo dicimus q †vbi a cōiter
accidentibus difficilis eſt ꝓbatio ſufficit ꝓbatio per ꝑſumptio
nes. ⁊ coniecturas ſeu per ꝓbationes q̄ alꝭ eſſent imperfecte vt ꝑ
Barto. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pretori. in. vij. q. ff. de noui
ope. nun. ⁊ ꝑ Bar. in. l. filiū diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. ⁊ colligit ex ratione per gl. in. c. j. in verbo aucto. de teſt.
[illegible]. vj. q̄ ibi ad hoc pōderat dn̄icus de ſancto Geminiano. ⁊ no.
in. l. ſi quis ex argentarijs. §. pe. ff. de edendo. ⁊ hoc maxime di-
cendū eſt in caſu noſtro contra doloſum ſtante difficultate ꝓba
tionum contra quē defertur iuramentum in litem veritatis. ⁊
[illegible] requiritur plena ꝓbatio vt ſtatim dicam. ¶ Quarta ꝯcluſio
[illegible] q quo ad lucra officiorū cōicata per dictū do. Bartholomeū
dicto Joāni ⁊ quo ad lucra facta per dictū Joānem cōtra eum
defert iuramentū in litē veritatis q̄ concluſio ꝓbatur pluribus
mediis. ¶ Primo qꝛ Joānes obligauit ſe ad cōficiendū inuē-
tariū de oībus bonis cōibus ⁊ ſm formā contractus ſocietatis
[illegible] ſeruandus erat iuxta. l. legē. C. de pac. ⁊. l. j. §. ſi conuenerit
depoſiti. ergo ſi illud nō fecit cōtra eū iuratur in lite: vt eſt ca-
ſus in. l. tutor qui repertoriū cum ibi no. ff. de admi. tutor. ⁊ in. l.
C. de arbi. tute. ⁊. §. declaratum. fuit. ¶ Scdo qꝛ iſte Joānes
[illegible] tenuit rectum cōputum ⁊ legitimū de lucris cōicatis per di-
[illegible]um dn̄m Bartholomeū. igit contra eū tanq̄ ꝑſumptum do-
[illegible]um iurat in litem vt eſt caſus in. l. j. §. officio. ff. de tute. ⁊ ra-
tionibus diſtrahendis qui lꝫ loquat in tutore tn̄ Bar. ⁊ Bal. ⁊
[illegible] ibi dicūt idē eſſe in quolibet adminiſtratore. ¶ Tertio qꝛ
[illegible]io pp quā dicimus q cōtra nō conficientes inuentariū ⁊ ad
[illegible]miniſtrationis librum rationū iuratur in litē eſt: qꝛ ex quo ſciūt
[illegible] ſcire debent ſe ad illud teneri ⁊ nō faciunt ꝑſumunt eſſe in
[illegible]ſumpto dolo. vt dicit Bart. in. d. l. tutor qui repertoriū. ⁊. §.
[illegible]tū fuit ſed eadē ratio militat in caſu nr̄o ex quo tenebat ad
[illegible]ciendū inuentariū ⁊ librū rationū. ergo idē ius. l. a titio. ff.

tu. ⁊ Ang. in dicto cōſi. viſo puncto ⁊c. Et eſt caſ[illegible]
ꝓ filia. iuncta glo. ff. ꝓ ſocio. Aut ergo voluerimus dicere q[illegible]
cta ſocietas q̄ vltimo loco cōtracta aſſerit non dꝫ quo ad l[illegible]
ſeruari qꝛ non habuit effectum. ⁊ tūc ſtat cōcluſio. ſ. firmata
dos data filie dicti Joānnis dꝫ ipſi Joāni impu[illegible] ꝑ iura ⁊ a[illegible]
ctoritates. ſ. allegatas. Aut volumus dicere ſocietatē [illegible]
hoc eſſe ſeruandam: ⁊ tūc cōcludēdum eſt q filie dicti do. Ba[illegible]
a tholomei debēt de cōi dotari vt ꝓbant verba ſocietatis: q̄ aſ[illegible]
rit vltimo loco ꝯcta. ſ. q ſi cōtingeret filias naſci durāte ſoc[illegible]
te tales filie deberent de cōi dotari. cum ergo filie dn̄i Barth[illegible]
lomei fuerint nate durante ſocietate debent ſm conuention[illegible]
de cōi dotari. eſt em̄ ſeruanda forma cōuentionis. l. legem. C[illegible]
pac. cōuentis. l. contractus. ff. de reg. iu. l. legem. C. locati. Cu[illegible]
ergo verba cōuētiōis ſint clara nō eſt opus alia interpretatio[illegible]
l. ille aut ille. §. cū in verbis. ⁊. l. non aliter. ff. de leg. iij. l. ſi ali[illegible]
vſufru. leg. qꝛ in incertis nō certis locus eſt cōiecturis. l. cōtin[illegible]
12 §. cū ita. ff. de ver. ob. cōfirmat. Nā †nō solū vba ſed etiā mēs [illegible]
trahentium eſt attendenda nō ſolum in vltimis voluntatib[illegible]
l. in conditionibus. ff. de cōdi. ⁊ demō. ſꝫ idem etiā in ꝯctib[illegible]
vt. l. quotiēs idē ſermo. ff. de re. iu. ⁊ ibi Bar. intētioni em̄ deb[illegible]
vba deſeruire ⁊ nō ecōtra. Et ideo ampliātur ſm intētion[illegible]
⁊ mētem. l. cum pater §. dulciſſimis. ⁊ ibi Bar. ff. de le. ij. ¶ S[illegible]
dicat mihi ꝑfecto aliqs ⁊ ſi filia Joānis erat iā nupta ⁊ cen[illegible]
bat nupta de portiōe Joānis ⁊ commodum fuit q cenſeret
dotata de cōi quare appoſitum fuit pactū q dicta aſſerta ſo[illegible]
tas duraret. xx. annis niſi ad hoc q filie dn̄i Bartholomei eti[illegible]
de cōi dotarent ⁊ etiā filie Joannis ⁊ ſic vt in dicta aſſerta ſo[illegible]
tate ꝯcta appoſitū dictū pactū q filia Joā. cēſeretur dotata [illegible]
cōi ſi ſocietas duraret annis. xx. quo tpe filie dn̄i Bartholom[illegible]
poterant naſci ⁊ dotari ⁊ ſic ceſſante etiā tacita cōditione ce[illegible]
tur ceſſare diſpoſitio. l. itē qꝛ in fi. cum ibi no. ff. de pac. vel di[illegible]
re debemus filias dn̄i Bartholomei dotari debere de bonis c[illegible]
bus q in hoc fuerit es alienū. ⁊. l. iure ſocietatis. ff. pro ſocio. [illegible]
ꝑ hec reducent ꝑdicti ſocij ad equalitatem que inter ſocios m[illegible]
xime eſt ſeruāda. l. verū in prin. ⁊. l. ſi nō fuerint. ff. ꝓ ſocio ⁊ h[illegible]
maxime ex eo q dictus Joannes nō obſeruauit pacta ſociet[illegible]
qꝛ nō fecit inuētarium nec legitime tenuit cōputum lucroꝝ
dictum eſt. ⁊ ſic dedit cauſam diuiſionis. vnde non ſeruanti f[illegible]
fides ſeruanda nō eſt. l. cum ꝓponas. C. de pac. l. qui fide [illegible]

Dominum.xlviij.

ocietatē.ff.p socio.ꝛ in.l.ſi cōuenerit eo.ti.ꝛ hec clarius pcede
ētſi apperet ꝫ ctus iuratus/qꝛ cū Joānes cōtrauenisſet pderet
ē ius.ꝛ tenerek ad obſeruātiā ꝛ dn̄s Bartholomeus ſibi nō te
ierek ad aliquā obſeruantiā iuxta ſing.puiſionē.l.ſi qs maior.
C.de trāſac. Quare tn̄ oīa ſunt dicta ſi pbabik p ſcōm aſſertum
nſtrumentū cui tn̄ de iure nulla eſt danda fides vt ſtatim in ſe-
quenti dubitatione dicek ꝛc. ¶ Circa aliud dubiū† nūquid cre
lak publico inſtro: ex quo vnus ex duobus teſtibus neceſſariis
dicit ſe nō interfuiſſe ... in hoc articulo ...

ℨ Suppo nō adaptak ad caſum ad quē nō adaptātur verba.
ontractus verba ſunt intelligēda vt aliquid operantur.
rceptio licet firmet regulam in non exceptuatis non tamen
am dilatat.
ertinentiarū appellatione q̄ veniāt ꝛ q̄ non.nu.ſ.
lauſula.cū omnibus iuribus ꝛc.reſtringik ad ea q̄ ſunt de na
ra contractus.
idelicet dictio: de ſui natura eſt reſtrictiua precedentium.
rror inuſtus quis dicatur.
rguitur a ſimili.
rror iuris pbabilis ſufficit ad preſcriptionem.
Error iuris quomodo pbetur pbabilis.

Laurētius hēbat nō ſolū in dictis poſſeſſionibus p diuiſ...
dicto Joanne ſed etiā pro indiuiſo ꝛ nō ſolū que tetigerūt ...
in partē in dicta diuiſione ſꝫ etiā que remāſerūt cōia fruſtra a...
poſita eſſent illa vba duas tertias ptes ſuaꝝ poſſeſſionū p di...
ſo ꝛ alia vba que dicto Laurētio venditori tetigerūt in part...
2 † verba aūt cōtractus ſunt intelligenda vt aliquid operenk.l.
qn̄.ff.de le.j.c.ſi papa extra de pui.li.vj.tradik i.l.j.C.de pac.pi...
¶ Preterea ex quo ptes expreſſe incluſerūt in dicta venditio...
bona ꝛ res que hēbat p diuiſo dak manifeſte intelligi ...

de re.iur.ꝛ p Dy.ꝛ Jo.an.in ru.de reg.iu.in.vj. ergo excepto pa...
lacio vt.ſ.oīa alia videnk includi in dicta vēditione ꝛ p ꝫn̄s vi...
denk icludi dicte ſilue ꝛ nemora vt.ſ. ¶ Sed ad hāc obiectio...
3 nē facilis eſt rn̄ſio ꝛ breuis† qꝛ lꝫ exceptio firmet regulā in nō ex...
ceptuatis: nō tn̄ eam dilatat vt faciat ſub ea cōprehendi. Que
de ſui natura nō cōprehenderenk caſus eſt no.ꝛ Dyg.per queꝫ
ita ibi decidit Bar.in.l.generari.§.vxori.ff.de vſufr.leg.ita etiā
per illū tex.dicit bar.in.d.l.j.in vltimis verbis.ff.de re.iur. Ide...
etiā tꝫ Bar.in.d.§.deniqꝫ vbi reſpōdet ad illū tex. qui videbat...
pbare contrariū tradik per Lappum ꝛ canoniſtas ... qui ad...
agendū de pcur.in.vj.ꝛ p Lappū ꝛ Pe.de anc.in.c. pe.de offi.
vica. Ad idē bene facit tex.no.in.c.in nr̄a.extra de ſepul. Cū er...

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000 Kodak LICENSED PRODUCT
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-14469-p0088-7
DFG